CANCELL.
MARTIS B.
1718.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-665000-p0001-8

IX. A. 6. 121.

52.

~~XXVIIII. 9. a~~

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-665000-p0002-4

21

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS,
DE

# JURE LAPIDUM TERMINALIUM,

## Vom Recht derer Grentz- und Mahl-Steine/

QUAM
*PRÆSIDE DEO TRIUNO,*
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
*REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,*
DOMINO

**PHILIPPO WILHELMO,**
**S. R. I. COMITE DE BOINEBURG,**

SACRÆ CÆSAREÆ ATQUE REGIÆ CATHOLICÆ MAJESTATIS CONSILIARIO INTIMO, NEC NON METROPOLITANARUM ECCLESIARUM, MOGUNTINÆ ET TREVIRENSIS, CANONICO CAPITULARI SENIORE, ET RESPECTIVE SUPREMO CHORI-EPISCOPO; EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CONSILIARIO INTIMO, AC CIVITATIS TERRITORIIQUE ERFFURTENSIS PRO-PRINCIPE,

PRO-RECTORE MAGNIFICO,
**DN. JOANNE PHILIPPO Streit/**
J. U. D.
REGIMINIS ELECTOR. MOGUNTINI CONSILIARIO, ET FACULT. JURIDICÆ P. T. DECANO,
CONSENSU INCLYTI JCTORUM ORDINIS,
*IN ILLUSTRI ET PERANTIQUA HIERANA,*
PRO CONSEQUENDIS IN UTROQUE JURE
PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS,
*PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI*
DIE XXX. APRIL. M DCC XVI. H. L. Q. C.
*SUBMITTIT*

**JACOB MARTIN LOBECK,**
VISENA-THURING. P. T. ADVOCAT. DRESDENSIS,
AUTHOR.

*ERFORDIÆ*, Typis JOH. HENRICI GROSCHII, Acad. Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-665000-p0003-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-665000-p0004-5

*PERILLUSTRIBUS ATQVE EXCELLENTISSIMIS DOMINIS,*

DOMINO

# LUDOV. ALEXANDRO A SEEBACH,

DYNASTÆ CLIENTELARIUM GROS- ET KLEIN FANER,

*AUGUSTISSIMI AC POTENTISSIMI POLONIARUM REGIS ET ELECTORIS SAXONIÆ IN SANCTIORI SENATU CONSILIARIO,*

DOMINO

# HEINRICO A BÜNAU,

HÆREDITARIO IN PRETSCH, GOELLNITZ ET GROSTAUSCHWITZ,

*REGIÆ MAJESTATIS POLONICÆ, ET SERENITATIS ELECTORALIS SAXONICÆ CONSILIARIO INTIMO,*

EJUSDEMQVE

*VICE CANCELLARIO,*

AC STATUUM SIMUL PROVINCIALIUM ORDINIS EQVESTRIS IN DUCATU ALTENBURGENSI

*DIRECTORI,*

DOMINO

# JOHANNI GEORGIO A PONICKAU,

DYNASTÆ IN POELA, SCHOENBORN ET KLEIN OPITZ,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-665000-p0005-0

*JAM ALTISSIME LAUDATI REGIS ET ELECTORIS*
*IN SUMMO APPELLATIONUM JUDICIO*
PARITER AC
*SUPREMO CONSISTORIO PRÆSIDI,*

*DOMINIS SUIS GRATIOSISSIMIS,*

HANC DISSERTATIONEM INAUGURALEM
IN
DEVOTISSIMI ET GRATISSIMI ANIMI
MONUMENTUM
SUIQUE IPSIUS COMMENDATIONEM
CUM VOTO
PERENNATURÆ FELICITATIS
DICAT ET DEDICAT

*IPSARUM PERILLUSTRIUM*
*EXCELLENTIARUM*

HUMILLIMUS CLIENS

JACOB MARTIN LOBECK.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-665000-p0006-6

I. N. D. N. J. C.

# PRÆLIMINIUM.

ANnus nunc ferè expletus eſt ſeptimus, cum poſt exantlata ſtudia Academica, fortunâ ſic favente, in florentiſſimam Saxoniæ Metropolin, *Officinam illam Jurisprudentiæ Practicæ, & Synodum JCtorum Excellentiſſimorum*, me contulerim, Praxeos ibidem pericula & ſtudiorum experimenta facturus. Ductum hunc nemini, niſi ipſi Divino Numini, adſcribere potui, quippe quod, poſt innumera alia in me collata beneficia, & hic Patronorum affectum alienigenæ mihi brevi tempore conciliavit, & exoptatam conceſſit felicitatem, Viris cum Doctiſſimis & Conſultiſſimis (quorum recordatio ſempiterna erit,) familiariter converſandi, ac denique Clientum cauſas per biennium ipſorum ope pro virili tuendi. In Foro igitur nunc integrum Luſtrum non ſine felici ſucceſſu verſatus, memet, Divinâ aſſiſtente Clementiâ, Cauſarum Patrocinio totum mancipavi, ac Patronorum ſvaſu in Utroque Jure Hono-

res, eâ,qua decet,modeſtiâ, ambire conſtitui. Cum autem me neutiquam lateret, materias Juris à Dd aliisque ita eſſe agitatas & pertractatas, ut aliquid iis addere idem ſit, quod Lucem Soli præferre, non immeritò hactenus animo penſitavi, quô tandem exercitii genere Thema Inaugurale aliquod eligerem. Et hæcce meditanti occurrebat denique, quam ſolenni Eruditorum Disquiſitioni hic ſubjicio, materia. Ea mihi exinde præprimis arridebat, quoniam non ſolum in Patria Thuringia, quæ præ reliquis Saxoniæ Provinciis quam plurimos Dominos agnoſcit, hæc materia valdè frequens & uſitata eſt, ſed aliàs etiam, uti quotidiana edocemur experientiâ, vel ob minimam terræ particulam, magni ſæpè excitantur motus ac turbæ. Cæterum ſi propter materiæ difficultatem & prolixitatem, temporis anguſtiam, aliosque labores concatenatos, deſiderio B. L. non ſatisfecerim, ipſe accuratioribus ſuis Meditationibus illud ſupplere non dedignabitur, ita de labore meo judicaturus, quemadmodum de ſe alios judicare deſiderabit. Eſto igitur principium, medium & terminus in Nomine Domini noſtri JESU CHRISTI, exemplo Imperatoris Juſtiniani *Nov. 109. & 85. pr. it. L. 2. Cod. de Offic. Præſ. Præt. Afric.* ne aliàs, quæ bono haud inchoata eſſent principio, malo exitu peragerentur. *Can. Principatus 25. I. qv. I.*

Theſ. I.

### *Theſ. I.*

*Ingreſſus.*

CUm JCti maximam ſemper in explicandis terminorum originibus diligentiam adhibuerint, horumque neglectus incertitudines pariat & obſcuritates, quæ velut nubes expanſæ intelligendi vim animo auferunt, illorumque etiam, quæ manifeſtiſſima ſunt, haud negligenda ſit interpretatio *L. 1. §. 11. ff. de Ventr. inſpic.* neceſſe eſſe cenſetur, circa verborum enucleationem quædam præmiſiſſe, & receptâ methodo ab ipſius tituli ſeu Rubri Anatomiâ ordiri, juxta *L. 1. pr. ff de J. & J. L. 1. ff de Reb. Cred. L. 1. §. 1. ff. de Tutel. L. 236. ff. de V. S.* Gilken. *ad Rubr. Cod. de Fid. Inſtrum.* Wiſſenbach. *ad tit. ff de V. S. Diſp. 1. pr.*

### *Theſ. II.*

*Etymologia vocabulorum in frontiſpicio poſitorum.*

Quod igitur concernit *Juris* vocabulum, ejus Etymologia notiſſima eſt, & derivatur à *Juſſu* ſeu *Jubendo*, *vid. Lexic. Juridic.* Spigelii. Alii à *Juſtitia* deductum volunt, juxta *L. 1. ff. de J. & J.* Hubert. Giphan. *Antin. Civil. Diſp. 1.* In enucleatione vocabuli *Lapis* non operoſus ero, cum de eô ſatis conſtet, quod Latio natales ſuos debeat, & aliud primitivum non agnoſcat. Vocem *Terminalis* quod attinet, illa à *Termino* derivatur; Terminum autem Varro *lib. 4. de Lingu. latin. à Terendo* vult appellari, quod hæ partes agrorum propter iter limitare maximè terantur, ſed ineptè, cum τέρμα Græcè dicatur, cujus differentia à voce τείρω, *tero*, ſatis manifeſta eſt. Videtur potius à vocabulo *Termes*, quod ramum cum fructu ex arbore decerptum, nec foliis repletum, nec nimis glabrum denotat, & qui, ut Feſtus ait, in diviſione agrorum, antequam metæ ponerentur, defigi ſolebat, originem traxiſſe. Calvin. *in Lexic. Jurid. p. m. 900.* Et inde poſteà cœteri Limites ac Metæ, quamvis lapideæ, Termini dicti ſunt, vid. Gerhard. Johann. Voſſius, *in Etymolog. lit. T. voc. Termes.* Stricta autem Terminorum appellatione Lapides Terminales indicantur. Hieronym. de Monte, *de fin. regund. cap. 15. n. 7.* add. Beſold. *in Theſaur. Pract. voc. 27.* Germanis

manis dicuntur Marck-Steine / Mahl-Steine / L. R. *Lib. 2. art. 50.* (quod nomen à vocabulo Mahl / ſignum denotante, & lapide derivatur. Rutger. Ruland. *de Commiſſar. & Commiſſion Part. 2. lib. 6. cap. 3. n. 7. lit. a.*) it. Weich-Bild / à vocabulo Wick / vico, & Bild / limite ſeu ſtatua, compoſitum. Dn. Berger. *in Oeconom. Jur. lib. 1. Tit. 1. §. 18.*

*Theſ. III.*

*Synonymia.* Jus dicitur etiam *Fas. Can. omnes leges 1. diſt. 1.* & juxt. Virgil. *Lib. 1. Georg. v. 127.* it. Horat. in verb. *Fas atque nefas exiguo fine diſcernit.* Et denotat ſpecialiter Legem Divinam & Naturalem, d. c. *omnes leges 1. diſt. 1.* Lapidis Synonymum eſt *Saxum*, hoc tamen diſcrimine, quod lapide majus ac durius ſit. Faber *in Theſaur. Erud. Scholaſt. d. voc.* Hinc Juvenalis *Satyr. ult.* ſcribit: *Aut Sacrum effodit de limite Saxum.* Æquipollens vocabulo Termini eſt vox *Finis*, quæ etiam pro Termino ſumitur, *L. 16. §. 1. ff. de Uſu. & habitat. L. 18. §. 2. & 3. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* it. *Limen & Limes*, quæ ab antiqua voce *Limo*, transverſum ſignificante, veniunt, & origine ac primitivâ notione idem ſunt, exitu ſaltem & flexionis modô differunt; Quanquam uſu ſeriore factum eſt, ut Limen magis ad privata, Limes verò ad publica referretur. Vid. Hug. Grot. *de J. B. & P. lib. 3. cap. 9. §. 1.* Et tandem vox *Meta*, quæ etiam pro Termino ſumitur. v. gr. *In campis verò ſtatuerunt Terminos curſorios, ſpatulas & metas aſſignatas:* Frontin *de Coloniis.* Et juxta Virgil. quemcunque Terminum ac Finem ſignificat: *L. 1. Æneid. v. 282.*

*His ego nec metas rerum, nec tempora pono.*

*Theſ. IV.*

*Homonymia.* Variè quoque *Jus* uſurpatur; Præprimis decem annotavit acceptiones Hahn. ad Weſenb. *Parat. tit. de J. & J. num. 14.* ſumitur quippe materialiter pro *objecto Juſtitiæ*, ſeu æquo illo & bono, quod in rebus conſtituit Juſtitia, quodque opponitur iniquo. *a. L. 32. ff. de Reb. Cred. L. 31. ff. depoſ. L. 2. §. f. ff. de O. & A*, & latius quoque pro *juſto vel legitimo*, ſeu pro eo, quod Legibus præſcriptum vel Moribus introductum, illisque

que conſonans eſt, ut in *Tit. ff. de Jur. & Fact. ignor.* item *in Can. Jus Generale. 2. Diſt. 1.* pro *facultate etiam alicui jure competente*, ut in definitione Juſtitiæ *Pr. I. de J. & J. L. 10. ff. eod.* item pro *titulo, quo quid acquiſitum L. 10. ff. ſi ſerv. vind. L. ult. ff. de aqv. & aqv. pluv arcend. Lapidis* appellatione generaliter *Saxum quodlibet*, ſive ad ædificandum aptum, ſive non, continetur, Calvin. *in Lex. Jurid. p.m. 505.* Quandoque ſignificat *Locum eminentem* & tanquam ſuggeſtum, unde præco prædicabat atque vendebat. Calvin. *c. l.* Deinde ſumitur pro *Lapillo*, &, ut vulgò loquimur, Lapide pretioſo. Interdum denotat *Convitium in ſtupidum & pigrum hominem*, juxta illud Terentii: *Quid ſtas Lapis? Heavt. Act. 4. Scen. 6. v. 3. & Act. 5. Scen. 1. v. 44:* Ponitur etiam pro *Milliari*, ut: *Ad tertium ab Urbe Lapidem*; Et ſecundum Ulpianum: *Si ultra ipſum lapidem quid admiſſum ſit, egreſſum eſt Præfecti Urbi rationem. L. 1. §. 4. ff. de Offic. Præf. Urb.* Ulterius accipitur pro *Termino finium cauſa poſito*; Quam ſignificationem in præſenti Tractatione retineo. Vox *Terminus* etiam non caret ſuis Æquivocis, & ſumitur primò de Ethnicorum *Deaſtro Termino*, in cujus tutela fines agrorum poſiti credebantur, ac proinde ſacra ei quotannis fieri ſolebant, quæ Terminalia dicebantur. Rutg. Ruland *de Commiſſar. & Commiſſion. P. 2. L. 6. C. 2. num. 4.* Halicarnaſſ. *Antiquit. Roman. lib. 2. in f.* Deinde ſignificat *Terminum Juridicum*, ſive certum temporis ſpatium, intra quod litigantes aliquid præſtare debent. e. gr. Terminum Probatorium, Reprobatorium, Juratorium &c. item *Terminum litis* i. e. finem Inſtantiæ vel Sententiam definitivam *§. 2. I. de Satisdat.* Et tandem denotat *Terminos Technicos*, ſeu illa vocabula, quæ in Jurisprudentia, Medicina, Philoſophia aliisque diſciplinis & artibus peculiariter adhibentur; Aliter enim loqvuntur Venatores, aliter Piſcatores, aliter Fabri, aliter Molitores. add. Petr. Rebuff. *in Comment. ad tit. ff. de V. S. p. 1000. Voc. Terminus.*

*Theſ. V.*

Lapides Terminales itaque ſic deſcribi poterunt: *Quod Deſcriptio ſint Monumenta, quæ fines territoriorum ac privatorum bonorum lapidum Terminalium, monſtrant,*

*monſtrant*, *& à ſe invicem ſeparant*, *per L. 11. & 12. ff. fin. regund. L. 2. C. eod.* add *tit. ff. de term. mot.*

*Theſ. VI.*

*Diviſio.* A Cauſa Efficiente dividuntur Lapides Terminales in Publicos & Privatos, *Publici* ſunt, qui à Principe vel inferiore Magiſtratu ponuntur, & in privatorum patrimonio non exiſtunt. *L. 7. §. 1. ff. de peric. & commod. rei vend.* Hieron. de Monte *de fin. reg. Cap. 76. num. 8.* ut Lapides, quibus diſcernuntur Limites Territoriorum, Land-oder Grentz-Fluhr-Steine/ Civitatis aut Pagi, Marck-oder Mahl-Steine (licet eos Ruland. *c. l. lib. 6. C. 3. num. 21.* inter Privatos Lapides referre malit) Præfecturarum, Amt-Grentz-Steine/ Jurisdictionis, Gerichts-und Bann-Steine/ Venationum, Jagd-Steine/ Sylvarum, Forſt-Steine/ Agrorum, Feld-oder Fluhr-Steine/ Decimales, Zehend-Steine/ Immunitatum, Freyungs-Steine/ Juris conducendi, Geleits-Steine/ Paſcuorum, Wäid-und Trifft-Steine/ Aquarum, Waſſer-Steine/ Funiculares, Schnur-Steine/ (quibus in re metallica areæ & capita ductis funiculis dimetiuntur.) De his omnibus prolixius videri poſſunt Oetinger. *de Jur. Limit. & fin. regund. Lib. 1. Cap. 17.* Rutger. Ruland. *de Commiſſar. & Commiſſion. Part. 2. Lib. 6. Cap. 3.* Speidel. *in Specul. varior. notabil. voc.* Grentze. Beſold. *in Theſaur. Pract. voc.* Marck-Steine. Ludovic. Gilhauſ. *in Arbore Judiciar. Cap. 6. Part. 2. art. 2.* Wehner. *in Obſervat. Pract. voc.* Grentze. Theodor. Hœping *de Jure Inſign. C. 33.* Myler ab Ehrenbach *in Metrolog Cap. 14.* Ahasver. Fritſch. *in Tract. de Diſtrict. agror. Cap. 8.* Dn. Stryck. *in Diſſert. de Judic. diviſor.* Schilter *Exercitat. ad ff. tit. fin. regund.* & Dn. Mencken. *in Tract. Synopt. ff. eod.* *Privati* dicuntur, qui privatorum prædia & poſſeſſiones deſignant, & à Poſſeſſoribus ipſis, vel à Judice, item neceſſitate ac præſcriptione ſuam determinationem accipiunt, *L. 11. ff. fin. regund. L. 2. C. eod. L. 8. §. 1. ff. d. t. L. 7. §. 3. L. 30. §. 3. ff. de acquir. rer. dom. L. 2. §. 6. ff. pro emtor.* Germanicè Güther-Steine. Rutg. Ruland, *d. l. P. 2. L. 6. C. 3. num. 18. ſeq.* Oetinger. *c. l. lib. 1. Cap. 17. num. 40.* Fines ipſi, qui ſingulas domos aut villas ab aliis

vicinis ſeparant, in quibusdam Thuringiæ locis Hoffreiten dicuntur, Ahasver. Fritſch *de Diſtrict. agror. Cap. 2. §. 2.* à modo determinationis nonnulli diſtingvunt Lapides Terminales in *Majores & Minores*, quæ diſtinctio tamen à priori parum differt, vid. Beſold. *Theſaur. Pract. voc.* Marck-Stein / Wehner. *in Obſerv. Pract. verb.* Grentze. Et quamvis etiam alia ſigna (uti infra de Affinibus demonſtrabitur) ad diſtingvenda Territoria & privatorum bona adhibeantur, attamen Lapides præ cæteris invaluerunt.

*Theſ. VII.*

Quoniam verò origo cujusque rei potisſima pars eſt, & cujusvis negotii baſis ac directrix, L. *1. & 2. ff. de Orig. Jur.* L. *69. ff. de Fidejuſſor.* Surd. *de Aliment. Tit. 7. qv. 34.* ideò nefas eſſe cenſetur, origine non repetitâ materiam aggredi, juxta Gloſſ. *in* L. *2. ff. de Reb. Cred.* Martin. Mager. *de Advocat. armat. Cap. 5. num. 1. & 2.* Haud levis igitur eſt inter Juris Naturæ Scriptores & alios Clarisſimos Viros diſceptatio de Primæva rerum omnium Communione. Hugo Grotius *de J. B. & P. lib. 2. Cap. 2. §. 2.* eam aſſerit his verbis: *Deus humano generi generaliter contulit jus in res hujus inferioris naturæ ſtatim à mundo condito, atque iterum mundo poſt diluvium reparato. Hinc factum, ut ſtatim quisque hominum ad ſuos uſus arripere poſſet quod vellet, &, quæ conſumi poterant, conſumere. Ac talis uſus univerſalis juris erat tum vice proprietatis.* Ejusdem opinionis eſt Frater ipſius, Gvilielmus Grotius, *in Tract. de Principiis Jur. Natur. Cap. 2. §. 4.* Seldenus *in Tract. de Mari Clauſo, lib. 1. Cap. 4. & de J. N. & G. ſecund. diſciplin. Hebræor. lib. 4. Cap. 6.* Puſendorf *de J. N. & G. lib. 4. Cap. 4. pag. 453.* Qui poſterior tamen *d. l.* tutiorem ſibi putat eligere viam, diſtingvendo inter *Communionem Poſitivam*, ut plures ſimul eandem rem poſſederint (cum è contrario Proprietas involvat poſſesſionem unius perſonæ) & *Negativam*, h. e. res omnes fuiſſe in medio poſitas, & nullum adhuc extitiſſe factum humanum, quô ad hunc magis quàm ad illum pertinere potuerint. His autem omnibus contrarius eſt Dn. à Kulpis *in Colleg. Grotiano Exerc. 3. ad lib. 2. Cap. 2. th. 1.* *Non eſt neceſſarium,*

*De Origine Terminorum & an fuerit primæva rerum omnium Communio? Sententiæ affirmantium,*

*Negantium.*

*rium*, inquiens, *Primævam rerum omnium Communionem à Gentilibus effictam, & Scholaſticis ſecuriùs receptam, ſtatuere; Talis enim Communio, quæ proprietatem ac dominium excludat, ſeu negativè eam ſeu poſitivè accipias, figmentum eſt, nec fuit unquam, nec eſt ullibi, nec poſſibilis fuerit, non ſolum poſtquam homo lapſus eſt, ſed & ſi in ſtatu integritatis perſtitiſſet.* Cui adſtipulantur Strauch. *in Diſſert. de Imper. Mar. Cap. 1.* Obrecht. *in Diſſertat. de Communion. Cap. 3.* Oſiander ad Grot. *lib. 2. Cap. 2. §. 2. pag. 656.* Bœclerus & Zieglerus *h. l.* aliique.

*Theſ. IIX.*

*Affirmativa defenditur.*

Sed æquior mihi videtur Affirmantium Sententia: *Quod omninò Primæva rerum Communio fuerit.* Deus enim poſt abſolutam Creationem non certam Adamo aut Filiis ejus aſſignavit portionem rerum terreſtrium, ſed in genere conceſſit poteſtatem dominandi. *Geneſ. Cap. 1. verſ. 26. & 28.* Quæ licet eundem cum hodierno Dominio effectum, rebus nempe pro lubitu utendi, habebat, Dominium tamen propriè loquendo non erat, cùm nullus præterea homo tunc exiſteret, adverſus quem effectum id exſerere potuiſſet, Puſendorf. *de J. N. & G. lib. 4. Cap. 4. §. 3.* Hominibus autem poſtea ſubnatis hoc jus & poteſtas in Dominium quidem tranſiit, modus tamen univerſalis circa poſſeſſionem rerum terreſtrium à Deo minimè præſcriptus fuit, ſed poſſeſſio illa præſupponit omnino factum aliquod humanum, & pactum expreſſum vel tacitum; Quia poſt divinam conceſſionem ab homine quidem res liberrimè occupatæ fuerunt, ut verò per hanc occupationem cæterorum jus ad easdem res excluderetur, id non niſi conventione quadam fieri potuit. Præterea naturaliter homines inter ſe ſunt æquales, & par omnibus in creaturas jus competit, neque ex creaturarum reſpectu alia pars mihi, alia proximo meo debetur; Ideoque per illam divinam conceſſionem homines tantum certiores facti ſunt de indulgentia Dei quoad terreſtria, cæterum ipſorum determinationi relictum, quomodo his rebus abſque diſcordiâ uti, & an eas certis, an nullis limitibus circumſcribere, aut ſingulis portionem certam

tam aſſignare velint. Unde Ambroſius etiam *Off. lib. 1. Cap 28. Natura*, inquit, *omnia omnibus in commune profudit. Sic enim DEUS generari juſſit omnia, ut paſtus omnibus communis eſſet, & terra foret omnium quædam communis poſſesſio. Natura igitur jus commune generavit, uſurpatio jus fecit privatum.* Et nullibi reperimus, quod Adamus bona inter liberos, aut Noachus gentes & inſulas diviſerit. Minimè verò opus fuiſſet, juxta Domini Kulpiſii opinionem, Dominiorum diſtinctione ac ſeparatione, *ſi homo in ſtatu integritatis perſtitiſſet*, cùm illo tempore nemini aliquid defuiſſet, omnisque diſcordia & invidia cum ſordida avaritia exulaſſet. vid. Jac. Thomaſ. *ad Grot. Lib. 2. Cap. 10. §. 50.* Sed in ea integritate non perſtiterunt homines, qui potius, prædictis vitiis dediti, per continuatam rerum communionem infinitas lites ac turbas excitaſſent, ita, ut ab hac communione recedere coacti fuerint. conf. Hobes. *de Civ. Cap. 1. §. 6.* Accedit, quod etiam ſucceſſu temporis, & mundo multiplicatô, proprio quisque Marte res ſuas quærere, animumque ad varias artes ac diverſa ſtudia applicare neceſſum habuerit, quod iterum non ſine aliqua rerum diſtributione fieri potuit. Imprimis verò poſt diluvium, & ævum Noachi, ſe magis exſeruit Dominiorum diſtinctio, & accuratius obſervata fuiſſe videtur, cum porrò ſub Nimrodo Imperia cœperint. Et ſic res omnes non quidem ſimul & ſemel proprietatem ſubierunt, ſed paulatim, ac prout cupido hominum aut multitudo id ſvaſit. Puſendorf. *c. l.*

*Theſ.* IX.

*Diſtinctio bonorum Pacto expreſſo vel tacito introducta eſt.*

Diſtinctionem igitur bonorum ex Pacto hominum *vel expreſſo*, ut per diviſionem, *vel tacito*, puta per occupationem, deduci, tam certum eſt, quam quod certiſſimum, ita, ut in re tam manifeſta diſſentientium rationes operoſiùs examinare æque inutile ac ab inſtituto alienum ſit. Prolixiùs vid. Hug. & Gil. Grot. *dd. ll.* Selden. *c. l. Lib. 1. Cap. 4. & de J. N. & G. ſecund. diſciplin. Hebræor. Lib. 6. Cap. 4.* Puſendorf. *all. loc.* Quodſi è Poëtarum dictis pauca tantummodo proferre licebit, audimus Virgilium *Lib. 1. Georgic. v. 125. ſqq.* de felici aurei ſeculi conditione ita canentem:



*Ante*

*Ante Jovem nulli ſubigebant arva coloni,*
*Nec ſignare quidem aut partiri limine campum*
*Fas erat; In medium quærebant. Ipſaque Tellus*
*Omnia liberius, nulló poſcente, ferebat.*

Tibullum *Lib. 1. Eleg 3.*

*Non domus ulla fores habuit, non fixus in agris,*
*Qui regeret certis finibus arva Lapis.*

Et Ovidius *Metamorph. 1.* ferreum ſeculum deſcribens dicit:

*Communemque prius, ceu lumina ſolis & auras,*
*Cautus humum longo ſignavit Limite menſor.*

*Theſ. X.*

*Cauſam Efficientem independentem & immediatam eſſe Deum & Jus Naturale, ſtatuunt multi.*

Famigeratiſſimus Oetingerus *de Jur. Lim. & fin. reg. lib. 4. cap. 1. n. 7. & in Gloſſ. tit. P.* Oldendorpii ſententiam amplexus, ex Jure Naturali id deducit, quod in ſenſu communi & intelligentia hominum ſeu in judicio rationis communi ponit, ac huic, quod tantum authoritate humanâ introductum eſt, opponit, ita explicans *l. 5. ff. de J. & J.* quod DEUS & Natura ſuos cuique rei fines dederit. Certum quidem eſt, quod naturalis cujusque corporis finis ejus videatur eſſe ſuperficies, & à Grot. *de J. B. & P. lib. 3. Cap. 21. §. 4.* in rebus naturalibus duo terminorum genera conſtituantur, nempe intra rem, ut cutis terminus eſt corporis, & extra rem, ut flumen terminus eſt terræ; Attamen hac vice ad Diſputationem noſtram non pertinent, ſed Terminus & terminata regna, Dominia, prædia & agri principaliter jam à nobis ad Diſſertationis incudem revocanda, ac tali præprimis modô conſideranda ſunt, quatenus ad Patrimonium aut Dominium ac poſſeſſionem, vel quaſi, item ad Jus aliud quodcunque, Regiones, Territoria, Superioritatem & Jurisdictionem reſpectum habent; Quæ omnia citra Naturæ, utpote ad communionem ſe potius inclinantis, Diſpoſitionem ex Gentium placitis invaluiſſe conſtat.

*Theſ. XI.*

*Cauſa Efficiens dependens mediata*

Sicuti enim Jure Gentium diſtinctio Regnorum ac Dominiorum, diviſioque rerum introducta eſt; Ita quoque eodem

dem modo ac Jure recepta creditur Terminorum poſitio, ad regna, dominia & res diſtingvendas, & aliquô certo ſigno notâque ſeparandas, juxta præd. L. *5. ff. de J. & J.* An autem Cain primus Terminorum inventor fuerit, disquiritur. Joſephus quidem *Antiquit. Judaic.* Lib. *1. Cap. 3.* illud eidem expreſsè attribuit, ſed abſque fundamento, cum ipſa S. Scriptura, quâ nullum antiquius de rebus ab orbe condito geſtis extat teſtimonium, hujus rei mentionem non facit, & Joſephi iſta relatio non majorem fidem mereatur, quam in eo, quod ibidem memorat: *Cainum libidinem ſuam cum injuriis ſecum habitantium exercuiſſe, domum multitudine pecuniarum ex rapina & violentia congeſtarum auxiſſe, ad latrocinia ſuos familiares incitaſſe.* Iſtud tamen certum eſt, quod hac in parte ordinem divinum ſecuti ſint homines, quia Summum Numen non ſolùm populo ſuo accuratiſſimè delineavit, qua ratione Palæſtina in Limitibus ſuis diſtribuenda & dimetienda eſſet, *Numer. Cap. 34. v. 2. ſqq. Joſ. Cap. 18. v. 4. ſqq.* ſed ipſos quoque Limites ac Terminos agrorum ab omni injuria vindicavit, *Deuter. Cap. 27. v. 17. Cap 29. v. 14.* Imò hi, S. Codice teſte, jam tempore Patriarcharum recepti fuerunt. Jacob enim & Laban poſt diviſionem bonorum ſuorum tumulum lapideum Termini loco conſtruxerunt, dicentes: *Tumulus iſte & Lapis ſint in teſtimonium; ſi aut ego tranſiero illum pergens ad te, aut tu præterieris malum mihi cogitans, Deus Abraham & Deus Nahor judicet inter nos. Geneſ. Cap. 31. v. 45. & 51. ſqq.* conf. *Geneſ. Cap. 28. v. 18. Joſ. Cap. 24. v. 26. ſq. 1. Reg. 7. v. 12. &c.*

*& remota eſt Jus Gentium. An Cain primus inventor Terminorum & Limitum fuerit?*

*Tempore Patriarcharum jam fuerunt Limites ac Termini.*

*Theſ. XII.*

Hoc Jus deinde quoque ad alias gentes tranſiit. Quis enim neſcit, Lapidum poſitionem Romanis antiquis jam fuiſſe frequentiſſimam? Hinc diverſæ à Romulo & Numa Pompilio extant Leges de Terminis ac Limitibus diſponentes, conf. Dionyſ. Halicarn. Lib. *2. Antiqv. Roman. num. 76.* quibus acceſentur Lex Cornelia, Julia, Sempronia, Mamilia, Alliena, Fabia, Peducia, Agraria &c. item quæ in Leg. XII. Tabul. præſcripta ſunt, vid. Roſin. *Antiqvit. Roman.* Lib. *8. Cap. 6. & 11.*

*Antiqvum illud Jus ad alias quoque gentes tranſiit.*

 Dionyſ.

Dionyſ. Gothofr. *in Fragment. XII. Tab. tit. 11. §. 8. & 9.* Et notum quoque eſt, quod ſingula milliaria ab urbe ſingulis Lapidibus diſtinxerint Romani, quorum centeſimus quisque milliare abſolveret. *vid.* L. *1.* §. 4. *ff. Offic. Præf. Urb.* eundem morem Limites terminandi legimus etiam apud Virgilium L*ib.12. Æneid.v.896 ſqq.*

*Nec plura effatus, ſaxum circumſpicit ingens,*
*Saxum antiqvum ingens, campo quod forte jacebat,*
*Limes agro poſitus, litem ut diſcerneret arvis.*

*Theſ. XIII.*

*Quando in Germania recepti ſint.*

In Germania noſtra, ſi Hiſtoricorum innitamur fidei, ad tempora poſteriora referendam eſſe Privatorum Terminorum introductionem, eosque Veteribus Germanis incognitos fuiſſe, vel inde colligi poteſt, quod Julius Cæſar L*ib. 6. de Bell. Gallic.* de ipſis refert: *Neque quisquam agri modum certum aut fines habet proprios, ſed Magiſtratus ac Principes in annos ſingulos gentibus cognationibusque hominum, qui unâ coierunt, quantum eis & quo loco viſum eſt, attribuunt agri, atque anno poſt aliò tranſire cogunt.* Et Tacitus *in Lib. de Morib. German. Cap. 26 num.2. Agri,* inquit, *pro numero cultorum ab univerſis per vices occupantur, quos mox inter ſe ſecundum dignationem partiuntur, facilitatem partiendi camporum ſpatia præſtant, arva per annos mutant.*

*Theſ. XIV.*

*Cauſa Efficiens propinqua.*

Tempeſtate vero Caroli Magni & Ludovici Pii Fines & Termini jam recepti fuiſſe cernuntur *in Leg. 7. Capitul. 245.* item *in* LL. *Gothor. Teuton. & Wiſigoth. lib. 10. tit. ult. in verb. Contra ſigna evidentia. Capit. penult. ac in* LL. *Baiwarior. tit. 11. cap. 3. §. 3. in verb. Quod ſe intra Terminos alienos.* Denique per introductum in Germaniam Jus Commune & Canonicum, aliasque Provinciales Ordinationes, particularia ſtatuta ac conſvetudines inveteratas Fines & Lapides Terminales adeò corroborati ſunt, ut de Cauſa efficiente propinqua recepti ac confirmati Juris Limitanei indeque deſcendentium Actionum nullum amplius naſcatur dubium, quin ipſe Imperator Carolus V. *in Ordinat. Crimin. art. 114. verbis;* Welcher böſslicher

und

und gefährlicher Weiſe eine Untermarckung / Reinung / Mahl- oder Marck-Stein verrückt / abhauet / abthut oder verändert / &c. hocce confirmavit; Idem quoque Jus Saxonicum diſpoſuit, L. R. *lib. 2. art. 28.* conf. Carpz. *in Pr. Crim. Qu. 83. n. 71. ſeqq.* Ad quam receptionem tàm inevitabilis neceſſitas, quàm utilitas, aliæque commoventes cauſæ anſam dederunt. *Cauſa impulſiva.*

*Theſ. XV.*

An verò publicos Regnorum, Territoriorum, Diœceſium, Parochiarum &c. Terminos ponendi facultas ſit de Reſervatis ſummi Pontificis & Imperatoris, in ſignum univerſalis Imperii, quæritur? Et hos ſolos dividere totum poſſe orbem, totumque mundum reſpectu ſummi Pontificis unam Diœceſin appellari, ait Hieron. de Monte, *cap. 2. n. 11. & cap. 12. n. 10. per Can. Eccleſias ſingulas 1. XIII. qu. 1.* Sed ipſius Imperatoris Caroli V. dictum argutum ad ſolutionem hujus quæſtionis ſufficere cenſetur, dum ipſe, Friderici II. Electoris Palatini Inſignibus globum adjiciens, dicebat: *Trado tibi & dono, quod meum non eſt, quodve ipſe ego non habeo, terrarum orbem.* Thom. Leod. *in vita Friderici Palat. lib. 13. n. 6.* Et dictus Hieronym. de Monte etiam *in var. Jur. quæſt. qu. 26. n. 19. ſeqq.* unumquemque Regem Regnum ſuum, ac Status Imperii noſtri Romani, aliosque Territoriorum Dominos ſuas Provincias in varias diſtinguere Regiones & partes, non ſecus ac patrem familias ſuum dividere fundum poſſe fatetur, idque æquitati convenit, & in evidentiſſima notorietate conſiſtit. Audiamus Oetinger. *cap. 17. n. 47.* ita dicentem: Die Stein-Satzungen und Land-Scheidungen hangen der hohen Landes-Obrigkeit an / und hat ein jeder Herr in ſeinem Lande und Gebiethe allein Macht / Marck-Steine zu ſetzen / die Untergänger zu führen / und keine ausgeſeſſene zuzulaſſen / und werden ſolche Anſtellungen unter die Actus jurisdictionales oder die obrigkeitliche Handlungen gezehlet. conf. Klock. *Conſil. 10. n. 489. Vol. 1.* *An poteſtas Terminos ponendi ſit de Reſervatis Summi Pontificis & Imperatoris.*

*Theſ. XVI.*

Olim quidem Imperatores Romani curam circa Termi- *Cauſa Mi-*

*niſterialis conſervans eſt Judex.*

nos publicos certis legionibus demandabant, Anton. Perez. *ad. C. de fundis limitroph. v 2.* qui Milites Limitanei, & Duces eorum Liminarchæ, fundi autem, ex quibus ſuſtentari debebant, Limitrophi appellabantur, *tot. tit. C. de fund. limitroph. l. 8. C. de diverſ. Offic. j. l. 2. §. 3. C. de Offic. Præfect. Afric.* Imò regnorum fines adhuc hodiè fortalitiis & militibus limitaneis cuſtodiri & conſervari ſolent, teſtant. *Receſſ Imper. de Anno 1548.* §. Diewel aber gemeiner. *ſeqq. item de Anno 1570.* §. Nach erledigter. *ſeqq. & de Anno 1576.* §. Ferners haben wir. Liminarchis autem illis antiquis in Germania hodiè ſimiles ſunt Marchiones, Marck-Grafen / utpote qui finibus Imperii olim praefecti, Limitumque Judices fuerunt, Marck-Richter oder Grentz-Fürſten / die über ein ſolch Land Richter ſind / das an denen Grentzen des Teutſchen Reichs lieget. Menoch. *Conſil. 302. n. 19. tom. 4.* Beſold. *in theſaur. Pract. voc.* Marck-Graf. Speidel. *in ſpec. var. notabil. ead.* Reinking. *de Regim. ſecular. & Eccleſiaſt. lib. 1. Claſſ. 4. cap. 13.* Et quamvis hoc munus atque officium noſtris temporibus ceſſet, dignitas tamen manſit, quippe quæ ab illuſtribus familiis ut propria poſſidetur, Knipſchild. *de fideic. famil. illuſtr. cap. 1. n. 144.* Non minus privatorum Terminorum cura & cuſtodia ad Principem & Dominum Territorii ſpectat, cujus æque intereſt, ut ſubditorum prædia ſarta tecta conſerventur, nec ullis machinationibus aut molitionibus quies & pax publica turbetur. *L. 77. §. 20. ff de legat. 2. l. 5. §. 1. ff. de operib. publ.* Hieron. de Monte, *de fin. regund. cap. 15. n. 1.* Exerceri tamen poteſt etiam à Domino inferioris Jurisdictionis, ſi hæc à ſuperiore ipſi concredita ſit. Conf. Wehner. *Obſerv Pract. voc.* Vogtey. Quin etiam ad Judicis Officium pertinet hæc cura & conſervatio, ne in publicum ex mutatione finium damni quid redundet. vid. Oetinger. *lib. 1. cap. 2. n. 5. ſeqq.* ubi Judicis officium his verbis deſcribit: Zu welchem Ende die Amt-Leute in Antretung ihrer Verwaltung förderſt derſelben Weitreichen und Begriff / nach Ausweiſung derer auſgerichteten Verträge und Lage-Bücher / mit Fleiß erlernen / und wie ſie

vermarcket /

vermarcket/ von Steinen zu Steinen/ von Zielen zu Zielen erkundigen/ ſolche auch öfftermahls und gewöhnlich jährlich beſuchen/ und etwa alle 5. Jahr einmahl/ nicht allein mit alten des Feldes erfahrnen Perſonen und Untergängern/ ſondern auch mit jungen Leuten umhergehen ſollen/ damit ſie die Marck-Steine und Ziele ihnen wohl einbilden und im Gedächtniß halten/ auch in langer Zeit in vorfallender zweiffelhaffter Ungewißheit der abgegangenen Land-Marcken beſtändige Kundſchafft und Zeugniſſe ihrer Wiſſenſchafft geben können/ &c. vid. Dn. à Seckendorff. im Teutſchen Fürſten-Staat/ *Part. 2. cap. 7. §. 6. n. 1.*

*Theſ. XVII.*

Ad Cauſam Miniſterialem reſpectiv. conſtituentem & conſervantem hodiernis temporibus etiam referendi ſunt Viri Terminales, die Land-Schieder/ Umgänger/ Untergänger. Oetinger. *lib. 1. c. 16.* Ruland. *de Commiſſar. P. 2. lib. 6. cap. 5. n. 8.* Qui Juramento tamen à Magiſtratu competente obſtringuntur, Schneidew. *ad Inſt. lib. 4. tit. 6. de Act. fin. reg. §. 23.* Nam in ejusmodi perſonis non tantum ſcientia ſed & conſcientia attendenda eſt. Brunnemann. *ad l. 8 ff. fin. reg. n. 3.* An autem illi, qui Terminos per Virgulam mercurialem, Wünſchel-Ruthe/ explorant, (de qua exploratione infra mentio fiet) juramenti vinculo debeant obſtringi, de hoc cenſetur negativa amplectenda, cum in tali inveſtigatione non tàm exploratoris, quàm ipſius virgulæ (ut ita dicam) judicio fines determinentur. Dn. Rivin. *ad. O. P. S.* T. *28. Enunc 9.* Niſi de Limitum Publicorum, ſeu Provincialium inquiſitione agatur, quo caſu coram Præfectura Pirnenſi d. 13. Sept. 1700. ab ejusmodi Exploratore juramentum præſtitum eſſe prædictus Autor *c. l.* meminit. Huc referri poteſt Formula Juramenti, quondam à Commiſſariis Regis Poloniæ, ad dirimendos fines Lithuaniæ & Livoniæ miſſis, præſtiti, quæ talis eſt: *Ego N. juro, me in iis controverſiis, quæ ad rationem negotiumque Finium inter magnum Ducatum* Lithuaniæ *& Provinciam* Livoniæ *pertinent, nimirum ut* Limites *ex Radivilonis præſcripto diligenti indagatione inquirantur, certis perpetuisque ſignis & monumentis*

*Ad Cauſam Miniſterialem quoque referendi ſunt hodie viri Terminales.*

*Qui Juramento obſtringuntur.*

*Quod tamen Exploratores per Virgulam Mercurialem non præſtant.*

*Limitatur.*

*Formula Juramenti.*

*mentis notentur ac conſtituantur &c. externorum diligenti habitâ inquiſitione in medio fines notabilibus perpetuisque ſignis fideliter ſignaturum; Ubi verò ob extremorum illorum obſcuritatem incertitudinemque id, quod ex prænominati Radivilonis decreto promittitur, medium certò haberi non poſſit, me ex æquo & bono utrinque adjudicaturum, deque omnibus ita, uti ſecundum conſcientiam meam æquum putabo, conſtituturum.* vid. Salomon. Henning. Lieſländ. Chronic. *Part. 3. pag. 77.*

*Theſ. XIIX.*

*Agrimenſores juramentum præſtant.*

De Agrimenſoribus verò certum eſt, quod ipſi ante dimenſionis actum de benè & æqualiter pro ſuo judicio ac conſcientia menſurando jurare debeant, *a. L. 20. §. omnes autem. C. de fid. Inſtrum.* Myler. ab Ehrenb. *in Metrolog. cap. 13. §. 1. n. 2. 3.*

*Agrimenſoris officium.*

Ubi agrimenſoris officium & qualitates ex Aggeno Urbico ita deſcribit: *In judicando Menſor bonus vir & juſtus agere debet, nulla ambitione aut ſordibus moveri, ſervare opinionem, & arte & moribus omnis illi artificii veritas cuſtodienda eſt, excluſis illis ſimilitudinibus, quibus falſa pro veris ſubjiciuntur. Quidam enim per imperitiam, quidam per imprudentiam peccant. Totum autem hoc judicandi officium hominem bonum, juſtum, ſobrium, caſtum, modeſtum & artificem egregium exigit.* Simili modô de Agrimenſore dicit Oetingerus: Zu ſolchem Amte wird ein frommer/ redlicher/ aufrichtiger/ nüchterner/ eingezogener und beſcheidener Mann/ der ein geübter und treflicher Meiſter dieſer Kunſt iſt/ erfordert. Dann es wird ihm in ſeiner Verrichtung und Ausſpruch/ wie einem jeden Meiſter in ſeiner Kunſt/ Glauben zugeſtellet. Derhalben ſollen die Feld-Meſſer/ ehe ſie zu ſolchem Amte angenommen/ von Verſtändigen mit Fleiß examiniret/ und wenn ſie vor tauglich erkannt/ um mehrer Sicherheit willen/ daß man um ſoviel an ihrer Redlichkeit und getreuen Fleiſſe vergewiſſert/ beeydiget werden. Oeting. *de jur. limit. & fin. regund. cap. 16. n. 15.*

*Theſ. XIX.*

*Qui juramentum ab initio officii*

In ſingulis tamen actibus jurare non tenentur agrimenſores vel viri terminales, ſi in ingreſſu officii ſui jurarunt, & publica

publicâ authoritate ad ejusmodi munus recepti ſunt; Siqui- *præſtiterunt,*
dem tunc juramento ſemel præſtito contravenire non præſu- *non tenentur*
muntur. Ruland. *de Commiſſar. & Commiſſion. P. 1. l. 4. c. 10.* *in ſingulis a-*
*n. 6.* Schneidew. *de Act. fin. reg. n. 23.* Mynſinger. *Cent. 6. ob-* *ctibus jurare.*
*ſerv. 34. n. 14.* Maſcard. *de Prob. Vol. 3. Concl. 1175. n. 54.* Ita *Nec qui ab*
nec ab illis exigi ſolet juramentum, qui communi partium *utraque Par-*
conſenſu electi ſunt, quoniam fidem eorum partes per ele- *te electi ſunt.*
ctionem approbarunt, Mynſing. *d. l. n. 13.* De hoc etiam
quæri ſolet; *An agrimenſores de credulitate, an verò de ipſa veri-* *Agrimenſo-*
*tate jurare teneantur?* Et ipſos ad exiſtimationem vel credulita- *res jurant de*
tem ſaltem obligatos eſſe exinde videri poſſet, quod men- *veritate, non*
ſuratio non aliter, quàm ſecundum intellectum & artis pe- *de credulita-*
ritiam ab iis requiratur, & ne, ſi fallantur, anceps per- *te.*
jurium ſubeant, Zaſius *ad l. 11. ff. de damn. infect. n. 6.* Bartol.
*in Proœm. ad ff. in pr.* At quando diſtinguimus inter peritos,
quorum artes certis & indubitatis regulis non conſtant, velu-
ti *Medicos*, qui licet perfectiſſimi, ob momentaneam occaſi-
onis lubricitatem, experimenti incertitudinem, judicii diffi-
cultatem, ac tandem hominum varietatem, in varios rapi-
untur errores, teſte ipſorum Principe Hippocrate *Aphorism. 1.*
*& in lib. de arte, ſect. 1. poſt med.* item Galenô *L. III. Prog. l. 41.*
*ut in Philoſophia*, dicente, *magnos viros & Philoſophos ſcimus eſ-*
*ſe deceptos, ita in Medicina id uſu veniat neceſſe eſt;* Deinde inter
*Chirurgos*, quorum manus & oculi æque ac *Obſtetricum* ſæpè
falluntur, *cap. cauſam matrimonii, 14. X. de Probat. & Can. Nec*
*aliqua 4. XXVII. qu. 1.* Ac eos, quorum artes certis funda-
mentis inhærent, ita ut ſenſum humanum plenè incurrant,
v. gr. *arithmeticos, architectos, agrimenſores &c.* non dubitan-
dum eſt, quin hi poſteriores ad veritatis juramentum obſtri-
cti ſint. vid. Mynſinger. *Cent. 6. Obſ. 34. n. 12.* Ruland. *de Com-*
*miſſ. P. 1. lib. 4. cap. 20. n. 8.* Quamvis autem agrimenſores, *In præſentia*
qui juramentum generale nondum præſtiterunt, partibus *partium.*
præſentibus, vel contumacibus ſaltem legitimè citatis, ad te-
ſtium inſtar jurare debeant, non tamen ad ipſorum relatio-
nem partium præſentia requiritur. Schneidew. *c. l. n. 23.* Cæ-

 terum

terum de culpa agrimenſorum videri poteſt Myler ab Ehrenb. *in Metrolog. cap. 13.* Struv. *Deciſ. Sabathin. 14.*

*Theſ. XX.*

*Subjectum recipiens publicum lapidum terminalium.*

Cauſæ Efficienti ſuccedit Materialis, comprehendens Subjectum & Objectum. Subjecta recipientia cernuntur eſſe perſonæ publicæ, & territoriales ac confinantes Domini, quatenus nimirum inter ſe, & tanquam ſocii Terminorum conſiderantur, horum enim uterque utitur lapide terminali tanquàm fine & limite communi, & nunquàm ſolus ſuo nomine poſſidet, ſed cum confine ſuo ſemper communem retinet, adeò ut ratione iſtius partis nunquam bonam fidem haberet, ſi ſolus terminum finalem vindicaret. Mynſinger. *Cent. 6. Obſ. 28. n. 2.* Quodſi verò limites & fines antiqui, de quibus nullatenus ſciri poteſt, qualiter diſtincti vel cui attributi, ſint occupentur, juſtè cenſentur occupantium, quia paria ſunt, in nullius rem bonis eſſe, & non apparere in cujus bonis ſit, nec apparere poſſe. conf. Mynſinger. *d. Cent. 6. Obſ. 26. n. 7. j. Tract. Theoret. Pract.* Ludov. Fabric. *ad Mynſing. l. c.*

*Theſ. XXI.*

*Subjectum recipiens privatum.*

Privati etiam lapides terminales recipere, propriâque authoritate & inſciô magiſtratu agros ſuos diſtinguere, ac communi reliquorum vicinorum conſenſu figere & refigere absque ullâ coërcitione valent, teſte Carpz. *P. 2 c. 41. d. 17. j. L. 11. ff. fin. regund. l. 2. C. eod.* Illis quoque permiſſum eſt, mittere viros terminales vel agrimenſores ad negotium expediendum, & lapides terminales ponendos vel in ordinem & certitudinem redigendos, juxt. *l. 8. §. 1. ff. fin. reg.* Quomodo autem poſitio lapidum terminalium inſtituenda, aut eorum probatio peragenda ſit, de eô infra tractabitur, cum ad Objectum venerimus.

*Theſ. XXII.*

*Subjectum activum, quatenus finium regundorum judi-*

Interim porrò hìc conſiderandum eſt Subjectum Activum & Paſſivum, quatenus nimirum judicium circa lapides terminales competens, puto finium regundorum actionem vel ſimile remedium, paululum perpendimus, ac cuinam & adverſus quos id competat, disquirimus. Directa igitur

actio

Actio locum habet, cum dominus agit contra dominum confinium prædiorum finibus *l. 2. pr. & paſſim ff. fin. regund.* Utilis verò unô vel pluribus requiſitis deficientibus, ob rationis paritatem competit, v. gr. cum in urbe de hortorum latitudine controvertitur, *l. 4. §. 10. ff. d. t.* vel quando actor non eſt dominus, ſed uſufructuarius, creditor pignoratitius, emphyteuta aut alius b. f. poſſeſſor, *L. 4. §. 7. & 9. ff. eod.* Meier. *in Colleg. Argent. h. t. n. 13. ſeqq.* Datur etiam Prælatis eccleſiarum & canonicis, qui confines habent præbendas in villis, quas ipſi poſſident. *cap. ex literis, 3. X. de probat.* item cum non de finibus agrorum, ſed territorii, venationis, juriſdictionis &c. contenditur. Dn. Schilt. *ad ff. h. t. th. 6.* Illuſtr. Dn. Mencken. *in tract. ſynopt. ff. d. tit.* Hanc quoque actionem fin. regund. cum actione ex. L. Agraria *f. ff. de term. mot.* cumulari poſſe putat Schilter. *ad ff. Exerc. 20. th. 40.*

*de cium ſimul conſideratur, eſt Actor. Huic competit Actio vel Directa vel Utilis.*

*Theſ. XXIII.*

Ex ratione identitatis hæc actio non minus contra eosdem, quam quibus datur, competit, *L. 13. ff. de Judic. L. 4 ff. fin. reg.* Hinc poteſt in duplici iſto Judicio uterque & Actoris & Rei partes ſuſtinere, juxta *L. 15. §. 1. ff. de Procurat. L. 10. ff. fin. reg.* Niſi alter tempore prior ſit in provocatione ad Judicem, *L. 13. ff. de Judic.* Quodſi ambo ſimul provocaverint, tunc ſorte res dirimitur, *L. 14. ff. eod.* In Foro autem Saxonico arbitrio Judicis relictum eſt, utrum ex illis Actorem declarare velit, per text. L. R. *lib. 1. art. 61. in verbis :* Klagen ſie auch zugleich/ es ſtehet bey dem Richter/ welchen Er vor erſt hören will. Carpz. *Proc. Tit. 4. art. 1 ſq.*

*Subjectum Paſſivum eſt Reus.*

*Theſ. XXIV.*

Reo quoque ſuccurritur ex *L. 4. C. fin. regund.* ut poſſit Terminos ac hiſce incluſos agros ſartos tectosque conſervare, & Actoris temeritatem coërcere, quoties hic pendente lite rem petitam propriô auſu occupat. Idquod ita puniendum judicavit Conſtantinus Imperator in dictâ Lege, ut tantum agri modum, quantum dirimere tentavit, amittat. vid. Schilt. *ad ff. Exerc. 20. §. 41.* Quamvis hancce pœnam

*Remedium pro Reo, ex L. 4. C. fin. regund.*

hodiè non amplius in uſu eſſe indigitet præjudicium Scabinat. Lipſienſ. apud Carpz. *quæſt. crim 83. r 72.* Brunnemannus tamen ad *L. 7. C. Unde vi* refert, Dominium abjudicatum, & æſtimationem rei impoſitam fiſco illatam fuiſſe. Add. Dn. Stryk. *in Uſu modern. ff. tit. quod met. cauſ. §. 9.* ubi pluribus obſervantiam demonſtrat, per publicas Imperii ſanctiones & praxin Cameralem. Non igitur dubitandum, quin in Foro Juris Communis juxta ſupra *cc. ll.* judicari debeat. An verò indiſtinctè in Provinciis Saxonicis contraria Praxis introducta ſit, adhuc valdè dubitatur, per ea, quæ Schilt. *Exerc. 11. §. 14. ſqq.* tradit, ubi diſtingvitur inter vim publicam & privatam, ac textus Juris Saxonici cum præjudic. Scabin. Lipſ. & Wittebergenſ., JCtor. Jenenſ. & Francofurt. aliorumque allegantur.

*Theſ. XXV.*

*An ſolennis Libelli oblatio requiratur.*

Et quamvis in hoc Judicio ſolennis Libelli oblatio non adeò frequens ſit, ſed potius poſt inſtitutam inſpectionem ocularem & ab Agrimenſoribus factam menſurationem, de ſimplici & plano procedatur, Schneidew. *de Act. fin. reg. n. 24.* & in ejusmodi controverſiis plerumque valdè dubiis conſultius ſit, amicabili transactioni locum dare, quàm legitimo Marte, cujus alea incerta eſt, decertare; Nihilominus tamen quandoque finalis quæſtio tàm difficilis & obſcura eſt, ut amicabili transactione decidi nequeat, adeòque pleniore cognitione ac diſcuſſione cauſæ opus ſit. Hinc accidit, ut ordo Juris ſervetur, & Libellus, qui juxta caſus occurrentes variat, offeratur. Poterit autem ſequentem in modum formari:

P. P.

*Forma Libelli.*

Vor dem Königl. Pohlniſchen und Churfürſtl. Sächſiſchen Amte N. ſaget Eingangs rubricirter Kläger zu Anbringung ſeiner Klage kürtzlich/ was maſſen/ als vor nunmehr 4. Jahren die Elbe ausgetreten/ und nebſt andern auch Klägers in der Kötſchenbroder Fluhr gelegene Felder überſchwemmet/ und dadurch die alten Mahl-Steine mit ausgeriſſen und weggeführet

gehabt/

gehabt/ Beklagter ſich darauf unterſtanden/ nach und nach 4. Furchen von Klägers Feldern abzupflügen/ und zu ſeinem darneben gelegenen Acker zu ziehen/ auch die Nutzungen biß hieher daraus zu heben. Nachdem nun dieſes zu Klägers mercklichen Schaden gereichet/ auch ſonſt denen Rechts-Verordnungen und der Billigkeit entgegen iſt/ nichts deſtoweniger aber Beklagter andere Mahl-Steine an die vorigen Orthe zu ſetzen nicht vergönnen/ noch die zu ſeinem Felde gezogene 4. Furchen in Güte wieder abtreten will; Als fordert Kläger von demſelben hierauf richtige Einlaſſung und Antwort/ mit dienſtlicher Bitte/ nach deren Erfolg in Rechten zu erkennen und auszuſprechen: Das Beklagter die von Klägers Feldern abgepflügten 4. Furchen/ nebſt allen aus denenſelben dieſe 4. Jahre über eingehobenen Nutzungen zu reſtituiren/ die neuen Mahl-Steine an vorige Orthe wieder ſetzen zu laſſen/ ſowohl alle hierdurch verurſachte Schäden und Unkoſten Klägern zu erſtatten ſchuldig. Deſuper Nobiliſſimum Judicis Officium decenter implorando, &c.

*Theſ. XXVI.*

His igitur de Finium regundorum Judicio incidenter & obiter conſideratis, nunc quaſi è diverticulo revertor ad Objectum, quod conſtituunt Lapides Terminales ipſi, qui ex materia lapidea conſiſtunt. Qualitas antiqua ab Alciato *Emblem. 157.* eleganter depingitur his verbis: *Objectum ſunt ipſi Lapides Terminales.* *Per Poſitionem.*

*Quadratum infoditur, firmiſſima teſſera, ſignum,*
*Stat cirrata ſuper pectore imago tenus.*

Hodie partes ſunt Caput, Latera, Pes & Baſis. Lapidum alii dicuntur *Principales*, Haupt-Steine/ Eck- und Orth-Steine/ (prout in principio, angulo aut fine ponuntur) alii *Minus Principales & Intermedii*, Läuffer; Illi terminant tàm publica Territoria, quam privata prædia ruſtica, quibus firmiter inhærent, ac Limites fineſque deſignant. Urbana autem, ut ſunt ædificia, urbanum uſum præſtantia, iis regulariter non terminantur, quia parietibus diſtincta, ideoque non confinia ſed vicina ſunt, *L. 4. §. 10. ff. fin. reg.* in quo conveniunt cum ædificiis ruſticis, æque ac horti aliquando cum fundis

fundis ruſticis, vid. Lauterbach. *in Compend. Jur. ad d. tit. ff. fin. reg.* ibi: *Confinia dicuntur prædia ruſtica.* Struv. *S. I. C. Exerc.* 14. *th.* 52. ubi quoque th. 57. vexatiſſimam *L. Quinque pedum. C. h. tit.* explicat, & de conſtituto in confinio interſtitio ſeu ſpatio 5. ped. ſecundum latitudinem diſſerit. add. Schilter. *Exerc.* 20. §. 47. *ſqq* quod ſpatium publici erat juris, & non conſtituebat partem agrorum confinium, uti Lapides Terminales; Naturale quoque videtur ut terminus ſumatur, qui pars ſit rei, vid Grot. de J. B. & P. *Lib.* 3. *cap.* 21. §. 4. add. Bartol. *ad L.* 35. §. 1. *ff. de Legat.* 3. Hieron. de Mont. *Cap.* 23. JCti etiam diſtingvunt inter terminum terminantem & terminatum, hôcque includi volunt quicquid intra fines concluditur, illô, quicquid extra terminum eſt, Marb. Conſil. 37. Vol. 4. n. 548.

*Theſ. XXVII.*

*Objectum. Per Remotionem.*

In Compaſcuis verò, denen Koppel-Trifften/ ubi duæ pluresve vicinæ univerſitates in prædiis & agris ſuis vicinis ſibi invicem mutua paſcua concedunt, hanc Lapidum poſitionem non requiri, exinde colligitur, quod circa ejusmodi Compaſcua non ſervitutis ſed familiaritatis & mutuæ quaſi ſocietatis jura attendantur, imò vicini ſuper via paſcendi communionem & mutuum precarium habere cenſentur, Köppen. *Deciſ.* 12. *n.* 10. Struv. *S. I. C. Exerc.* 13. *th.* 27.

*Theſ. XXIIX.*

*1. Requiſitum eſt Legitima citatio partium confinium.*

Ut igitur Termini & Limites benè conſtituantur, poſitioque Lapidum Terminalium ritè peragatur, requiritur partium, quarum intereſt, & poſſeſſorum prædiorum proximorum legitima citatio per. text. L. R. *Lib.* 2. *art.* 50. Wer Mahl-Bäume oder Marck-Steine ſetzet / der ſoll die darbey haben/ die auf der andern Seite Land haben. *j. L.* 37. *ff. de Re jud. L.* 3. *C. fin. regund.* Ruland. *P.* 2. *Lib.* 6. *Cap.* 7. ſic enim error

*2. Requiſitum, Agri confines.*

fortè ab hoc vel illo in menſurando & diſterminando commiſſus facilè corrigi, ac metus futuræ litis amicabili compoſitione præcaveri poteſt. Ahasv. Fritſch. *in Tract. de Diſtr. agror. Cap.* 6. §. 5.

*Theſ.*

*Theſ. XXIX.*

Conficiuntur quoque ſuper conſtitutione Lapidum Terminalium Inſtrumenta publica, *a. L. 8. ff. ad Leg. Jul. peculat.* L. 2. C. *fin. reg.* Tuſch. *concl. 700. n. 4.* quippe quæ plenam probationem inducunt, & quibus æquè ac pluribus teſtibus creditur, L. *10. ff. de probat.* Carpz. *P. 1. C. 17. d. 20.* dummodo neceſſaria ad eorum legalitatem requiſita obſerventur, i. e confecta ſint 1.) publicâ authoritate, 2.) citatis iis, quorum fines ac limites deſcribi debent, & annotatis ſingulorum poſſeſſorum nominibus, item an cives, incolæ aut extranei ſint, 3.) conſignatâ quantitate agrorum ad quemvis poſſeſſorem pertinentium, unà cum ſitu, an hoc vel illud prædium circa fines alieno vicini diſtrictu aut jurisdictione incluſum ſit, & denique 4.) inſinuantur actis publicis. Fritſch. *d. l. cap. 3.* §. 5. conf. Mev. *Part. 4. Dec. 79. n. 5. ſqq.* Et ejusmodi Inſtrumentum nominari ſolet ein Fluhr-Buch. Fritſch. *c. l. cap. 4.* De quô Illuſtr. Dn. à Seckendorff. *in Addit.* des Teutſchen Fürſten-Staats. *p. m. 41.* ita ſcribit: Die gemeine Art iſt / daß ſolche Fluhr-Bücher eben wie Lehn- oder Erb-Bücher pflegen gemacht zu ſeyn; nemlich / es ſtehet eines Inwohners Nahme nach dem andern darinne / und bey jedem iſt zu befinden / was er vor Güther habe / wie viel Hufen / Äcker oder Morgen / neben wem ſie liegen / wem ſie lehn- oder güldbar ſind / u. d. g.

*Inſtrumentum quoque publicum de ſuper conficitur.*

*Ejus Requiſita.*

*Theſ. XXX.*

Et hic Liber ferè convenit cum Forma Cenſuali, einem Saal-Buche / cui prædia cenſualia & cenſus ſive tributum inſcribuntur. Gail *Lib. 2. obſ. 52. n. 24.* & qui ab interpretibus Cataſtrum, Schatzung / Steuer-Regiſter / appellatur. vid. Beſold. *Theſaur Pract. continuat. voc.* Saal-Buch. Cujus deſcriptio etiam *in notabil. L. 4. pr. ff. de Cenſ.* extat, ubi JCtus: *Forma*, ait, *Cenſuali cavetur, ut agri ſic in cenſum referantur; Nomen fundi cujusque, & in qua civitate & quo pago ſit, & quos duos vicinos proximos habeat; Et arvum, quod in decem annos proximos ſatum erit, quot jugerum ſit, &c.* Attamen haud negare cupit modo laudatus Dominus à Seckendorff. *d. l. p. 42. ſq.* ex

*Hic Liber ſimilis eſt einem Saal-Buche.*

ejusmodi inſtrumento ſeu libro, dem Fluhr-Buche/ juxta vulgarem hanc formam confecto, diſceptationes ſuper Terminis & agrorum ſituatione exortas non ſatis præcaveri aut tolli poſſe, eumque propterea notoriis ſuis defectibus laborare. Hinc novam ac meliorem formam illic adumbravit, eamque perfectiorem edere promiſit, quod quidem, quantum ego ſcio, non inſecutum eſt. Verba ipſius ſunt: Es gehet aber der Vorſchlag ingemein und hauptſächlich dahin/ man ſolle die Fluhr oder Marckung nach ihrer natürlichen unveränderlichen Gelegenheit/ und nach Acker- und Ruthen-Maaß/ nicht aber nach bloſſer Ordnung derer Perſonen/ oder Nahmen derer Inwohner und Beſitzer/ beſchreiben/ auch die Aecker oder Morgen alle mit einem gewiſſen Numero in der Beſchreibung bemercken/ und wo möglich einen Grund-Riß verfertigen/ welches denn/ zumahl in Feldern und Planitie, ſo leicht iſt/ daß kein Schul-Meiſter/ Dorff-Schreiber oder Schultheiß/ der Leſens/ Schreibens und Rechnens etwas erfahren/ dergleichen Riß nicht ſolte machen können/ wo nur der Vortheil gezeiget wird/ geſtallt ich in obberührten Tractate darzu auch Anleitung zu geben gedencke &c.

*Ab eo differunt* die Bezirck-Briefe. Ab hoc Libro differunt Literæ Terminales, die Bezirck-Briefe/ quae ſuper finibus totius Provinciæ ac Territorii conficiuntur. vid. Beſold. *in Theſ. Pract. voc.* Bezirck-Briefe.

*Theſ. XXXI.*

*De Objecto probando.* Quodſi ad Probationem Terminorum & Limitum deventum ſit, ante omnia ad meliorem Judicis informationem neceſſe eſt, ut *Ichnographia*, ſive accurata ſitus loci delineatio, conficiatur, quam & exigit *Receſſus Imperii de Anno 1654.* §. Wenn es um Weid-Gang/ Jagden und andere dergleichen Jura und Gerechtſamkeiten zu thun/ und den Augenſchein einzunehmen vonnöthen/ ſo ſoll zu des Richters beſſern Information eine jede Parthey einen richtigen Abriß zu produciren ſchuldig ſeyn. Conf. Oetinger. *Lib. 2. cap. 6. n. 9. ſq.* Præterea & ocularis inſpectio ab ipſo Judice vel Commiſſario in partium præſentia ſuſcipienda eſt, *L. 8. §. 1. ff. fin. regund.* Hieron. de Monte *cap. 30. n. 2.* Et quoties ex eâ finium certitudo apparet,

*Probationem præcedit Ichnographia.*

*Ocularis Inſpectio.*

paret, toties nullâ aliâ probatione opus eſt, Dn. Stryk. *in Introd. ad Prax. for. cap. 7.* Oeting. *d. l.* De quâ oculari inſpectione notandum, quod fatalibus probationis & reprobationis non adſtricta ſit, ſed vel ante examen teſtium vel poſt publicata atteſtata inſtitui queat. Dn. Rivin. *ad O. P. S. T. 28. Enunc.* 4. *& 6.*

*Theſ. XXXII.*

Ipſa verò probatio fieri ſolet per *vetera monumenta*, ut ſunt Lapides terminales, *L. 11. ff. fin. regund.* vetuſtas enim loco probationis & tituli habetur. *L. 1. §. 23. L. 26. ff. de aqu. & aqu. pluv. arcend.* Per *libros antiquos & inſtrumenta*, Bezirck-Briefe / Fluhr- Grentz- und Saal-Bücher / Receſſe, Abſchiede. *Cap. cum cauſam. 13. X. de Probat.* Menoch. *Conſil. 1101. n. 7.* ex quibus tàm poſſeſſio quàm dominium evincitur, modò ritè & ſolenniter confecti fuerint. vid. Mynſing. *Obſ. 26. n. 1.* Gail. *Lib. 2. Obſ. 37. n. 12.* Porrò probantur termini per *Teſtes. Cap. ex literis. 3. X. de Probat.* Inter quos vicini ob meliorem loci cognitionem pro magis idoneis judicantur. Maſcard. *de Prob. Vol. 1. Concluſ. 395. n. 2.* præſumuntur enim vicini ſcire facta vicinorum, Martin. *ad. O. P. S. T. 1. §. 3. n. 16. a. L. 1. §. 1. ff. de flum.* Et quoniam ſeniores vicini maximè cenſentur Limitum habere notitiam, ipſorum teſtimonio eò major habetur fides, Maſcard. *d. l.* Sed quæritur, ſi ſuper finibus Provinciæ litigetur: *An ſubditi in cauſa Domini ſui ad teſtimonium evocari poſſint?* Et videtur primo intuitu, quod non, quia ſubditi in hoc caſu pro domeſticis habentur, qui in *L. 3. C. de Teſtib.* à teſtimoniô arcentur, quemadmodum & omnes ii, quibus imperari poteſt, *L. 6. ff. eod.* At cum nulla regula ſine exceptione ſit, igitur hîc quoque contrarium, quod ſubditi nimirum, quando veritas aliter haberi nequeat, omninò recipiantur, aſſerendum eſt. *L. 8. §. 6. C. de Repud. & Judic.* Gail. *Lib. 1. Obſ. 102. n. 9.* Præſertim cum ipſis Juramentum & Obſequium, quo Domino obſtricti ſunt, quoad hunc paſſum, ad liberiorem depoſitionem hodiè relaxari videamus. *a. C. veniens ad Apoſtolicam. 38. in f. X. de Teſtib.* Carpz. *P. 1. C. 16.*

*Probatio fit 1. per Lapides.*

*2. Per inſtrumenta & libros.*

*3. Per Teſtes.*

*C. 16. d. 64.* Pari modo in cauſa univerſitatis nec ii teſtes rejiciuntur, qui de univerſitate ſunt, maximè ſi aliorum conteſtium depoſitione ſuffulciantur; Modò non de proprio ipſorum intereſſe, ut jure paſcendi, lignandi &c. agatur. Ahasver. Fritſch. *Tr. de Diſtrict. agror. cap. 9. §. 5.*

*Theſ. XXXIII.*

*4. Ex Auditu, Auditus auditu, & ſola fama.*

Quandoque etiam in probatione Terminorum & Limitum antiquorum, ubi aliæ probationis ſpecies haberi non poſſunt, admittuntur teſtes à majoribus tantùm edocti, & ita ex *Auditu* deponentes. *a. Cap. Licet ex quadam neceſſitate. 47. circa f. X. de Teſtib. L. 28. ff. de Probat.* Imò tunc ſufficit probatio *de Auditu auditus, & per ſolam famam.* Mynſinger. *Cent. 6. Obſ. 26. n. 4. ſqq.* Iſtud enim magis æquum eſt, quàm ſi res planè indeciſa relinqueretur, Cravett. *de Antiqu. temp. P. 1. membr. ult. n. 22.* Hieron. de Monte, *d. l. Cap. 55. n. 56.* Ruland. *de Commiſſar. & Commiſſion. P. 2. L. 6. C. 11. n. 6.* Maſcard. *de Probat. Vol. 1. Concl. 396. n. 1.* Ad probationem quoque faciunt alia quæque adminicula, puta *præſumtiones, conjecturas, indicia* & ſimilia. Meier. *Colleg. Argent. tit. fin. reg. n. 37.* Hinc per *Cenſum* etiam & ejus ſolutionem probantur Termini. *L. 11. ff. fin. reg.* item per *redituum & fructuum perceptionem, Cap. Licet. 9. verſ. ex præmiſſis. de Probat.* ex qua poſſeſſio ſolet argui, *L. 48. ff. de ſolut. ibique Gloſſ* Quin & per *Jurisdictionis exercitium. d. Cap. 9. X de Prob* Hieron. de Monte, *d. l. cap. 52. n. 8.* aliæque ejus generis media.

*5. Per Præſumtiones & conjecturas.*

*6. Per Cenſum.*

*7. Per fructuum perceptionem.*

*8. Per Jurisd. Exercitium.*

*Theſ. XXXIV.*

*9. Per Virgulam Mercurialem.*

Peculiaris probandi modus eſt, cum Termini per Virgulam Divinatoriam ſeu Mercurialem, die Wünſchel-Ruthe/ inveſtigantur. Licet enim talis inquiſitio pro incerta, illicita ac ſuperſtitioſa haberi poſſe videatur, eam tamen, cum aliquando partes deſuper compromiſiſſent, per Reſcriptum Regium & Electorale Saxonicum, ad Præfectum Stolbergenſem d. 31. Auguſt. 1703. datum, approbatam, & Sententiâ Scabin. Lipſienſ. Menſ. Octobr. 1704. confirmatam videmus apud Dn. Rivin. *ad. O. P. S. T. 28. Enunc. 8.* ubi ſimul regiſtraturam

turam ſuper inveſtigationis actu d. 9. April. 1704. confectam exhibet. Quæ, cum præſentem materiam non parum illuſtret, hîc quoque inſeri meruit; Verba ſunt ſequentia: Acto hat ſich der Herr Amtmann / nebſt mir / dem Actuario, an den / in ſtreitigen Reinungs-Sachen Andreas Sonntags / Klägern eines / contrà Hannß Bachmannen / Beklagten andern Theils / zur Beſichtigung beſtimmten Ort begeben / da denn an Seiten Klägers erſchienen Kläger in Perſon / nebſt ſeinem rechtlichen Beyſtande / Herrn Balthaſar Hübnern / Juris Pract. in Chemnitz / und an Seiten Beklagtens er ſelbſt / nebſt Johann Clauſſen / Richtern / und Samuel Spindlern / Gerichts-Schöppen zu Niederdorff / in deren ſowohl / als anderer Perſonen aus Pfaffenhayn und Niederdorff Gegenwart die Beſichtigung wegen der irrigen Reinung vorgenommen / und an Seiten Beklagtens durch gedachten Richter und Gerichts-Schöppen zu Niederdorff / an Samuel Spindlers Guthe ein Rein-Stein / welchen die Gerichte zu Niederdorff vor ohngefehr 17. Jahren wollen geſetzet haben / bey einer gelagten Fichte gezeiget / und fernerweit nach dem ſo genannten Gold-Bächlein zu / 4. auf einander folgende Rein-Steine in einer Serie, woran der letztere ohne einen bey einem alten Stocke / der letzte aber auf einem kleinen Hügel ſtunde / und von dieſem hernach die Reinung vollends biß an obbemeldtes Gold-Bächlein fortging / gewieſen worden / welches / obgedachter beyder Perſonen Vorgeben nach / die Reinung zwiſchen beyder Partheyen Höltzern ſeyn ſolte. Weil aber Kläger / Andreas Sonntag / ſolche keines weges agnoſciren wollen / ſondern derſelben beſtändig widerſprochen / und darneben angeſuchet / es möchte nunmehro der Herr Amtmann durch gegenwärtigen Ruthen-Gänger die rechte Reinung ſuchen laſſen / ſo hat der Herr Amtmann gedachten Ruthen-Gänger / Nahmens Chriſtian Vogel / ſowohl dem Fol. 47. befindlichen allergnädigſten Befehl zu Folge / als auch / weil beyde Partheyen nach Inhalt derer Acten dißfalls auf gewiſſe Maaße wohl zufrieden geweſen / und eingewilliget / bey der Bereinung adhibiret / und ihm / nach ſcharffer Verwarnung / keiner Parthey etwas zu Lie-

 be

be oder zu Leide zu thun/ ſondern ſein Gewiſſen darbey zu obſerviren/ erlaubet/ eine andere giltigere Vereinung/ als obbeſchrieben/ zu ſuchen und anzuzeigen/ wenn er/ dergleichen zu finden vermeinete. Hierauf bath erwehnter Ruthen-Gänger/ man möchte ihm Zeit laſſen/ daß er eine andere und ältere Vereinung aufſuchen könnte/ weil er hier gar nicht bekand wäre/ und erwarten müſte/ wo ihn ſeine Ruthe zuführen und etwas anzeigen würde; Wobey er fragte/ wie die Partheyen hieſſen/ und als man ihm ſolches geſaget/ ſchnitte er ſeine bereits in Händen habende Ruthe/ welche/ ſo viel man ſehen können/ von einem Birckenen Reiß geweſen/ vollends zurechte/ ging darauf mit ſelbiger ſowohl von dem Herrn Amtmanne/ und mir/ dem Actuario, als auch von beyden Partheyen/ ingleichen von denen obgedachten beyden Gerichts-Perſonen/ und andern Anweſenden begleitet/ durch beyder ſtreitiger Partheyen Gehöltze quer durch/ weil er/ ſeinem Vorgeben nach/ auf ſolche Art auf die rechte Reinung unfehlbar kommen müſte/ wie dann auch bald darauf die Ruthe ohnweit dem Gold-Bächlein ſchlug/ wobey der Ruthen-Gänger vorgab/ daß er nunmehro auf der rechten Reinung ſey/ wendete ſich darauf etwas zur lincken Hand/ und/ als er nach wenig Schritten zu einer eingreiffiſchen Tanne kam/ ſchlug die Ruthe noch ſchärffer/ als vorhero/ und gab der Ruthen-Gänger vor/ es müſſe bey jetzt gedachter Tanne ein Rein-Stein ſtehen/ wieſe auch zugleich den Ort an/ wo ſelbiger ſtehen ſolte. Als nun/ auf des Herrn Amtmanns Verordnung/ an dem angezeigten Orte nachgegraben wurde/ fande man einen groſſen Kieſel-Stein/ welcher/ als er ausgegraben ward/ ziemlich lang/ auch in die Länge und mit dem ſpitzigen Ende in die Erde geſetzet war/ wobey ſich auch 2. Zeugen funden/ welche gleicher Geſtalt etwas lang/ und in die Länge in die Erde neben dem groſſen Kieſel-Stein geſetzet waren. Von dieſem Stein gieng der Ruthen-Gänger weiter hinwerts nach dem Gold-Bache zu/ da denn an dieſem Bache die Ruthe in eine Grube/ bey welcher ein klein Fichtgen zum Merckmahl gezeichnet wurde/ am äuſſerſten Ufer obgedachten Bächleins ſchlug/ wobey der Ruthen-Gänger abermahls

mahls vorgab/ daß bey ſolchem Bächlein die rechte Reinung von unten her ſich anfienge/ es wäre aber kein Stein da/ ſondern es reinete allda mehr gedachtes Bächlein/ dannenhero der Ruthen-Gänger wieder zurücke und vorwerts gieng/ und/ als er bey dem zuerſt gezeigeten Steine wiederum vorbey paſſiret/ und etliche Schritte förder gangen war/ ſchlug die Ruthe wiederum in ein Loch/ ſo in die Erde gemachet war/ und einem ſolchen Loche/ worinne ein Rein-Stein geſtanden/ gantz ähnlich ſahe/ wie denn auch die Ruthe ſich ſo ſtarck gegen ſelbiges zoge/ daß der Ruthen-Gänger ſie kaum wieder in die Höhe bringen konnte/ und dannenhero vorgab/ es habe darinne ein Rein-Stein geſtanden/ ſey aber heraus genommen worden. Hierüber referirte Kläger/ daß dieſes eben das Loch wäre/ woraus derjenige Stein/ Zeit des Litigii, gegraben worden/ von welchem er etliche mahl in Actis Erwehnung gethan/ und gemeldet/ daß ein Stein/ welchen er zwar damahls nicht eigendlich vor einen Rein-Stein gehalten/ daſelbſt wäre ausgehoben worden. Weiter vorwerts ſchlug die Ruthe abermahls/ da denn beym Aufgraben wiederum ein länglicht und ſpitziger Kieſel-Stein zu finden war/ welcher mit der Länge tieff in der Erden ſtack/ und war an der Spitze jetzt gemeldten Steins ein Zeuge/ der gleichfalls etwas lang war/ zu ſehen; Noch weiter vor ſchlug die Ruthe wiederum auf einen erhabenen mit Mooß bewachſenen Hauffen Erde/ woſelbſt/ des Ruthen-Gängers Vorgeben nach/ ein Stein geſtanden/ oder noch ſtehen müſte/ im Nachſuchen aber wurde nichts gefunden/ jedoch obſerviret/ daß ehemahls an dieſem Orte ein Baum/ wovon der alte Stock noch umgeſtürtzet da lag/ vom Winde mit ſambt der Wurtzel umgeriſſen worden/ und der Stein vielleicht mit Erde verſchüttet und verwachſen ſeyn mochte/ maaſſen jetzt gedachter mit Mooß bewachſener Hauffe wohl einer Elle hoch war. Endlich ſchlug auch letztlich die Ruthe nochmahls/ da ſich im Nachgraben abermahl ein länglicht und ſpitziger Kieſel-Stein mit zwey länglicht-ſpitzigen Zeugen befand/ welche alle mit denen Spitzen in der Erde ſtunden/ und war der groſſe Stein etwas auf die rechte Hand geſuncken. Zwey Ellen

von dieſem Steine funde ſich auch ein Loch / worinne / des Ruthen-Gängers Meynung nach / auch ein Rein-Stein geſtanden / und wäre ſolcher ein Eck-Stein geweſen / welcher die Quer-Reinung würde angedeutet haben / weil daſelbſt eines andern Bauers Holtz anginge / und ſich jetzt beſchriebene Reinung hier alſo endete. Worbey hiernechſt zu mercken war / daß alle obgedachte von dem Ruthen-Gänger angezeigten Steine ſehr verwachſen waren / tieff in der Erde ſtacken / und / allem Anſehen nach / wohl vor langer Zeit und mit Fleiß mochten ſeyn geſetzet worden. Ferner bemerckte man / daß Beklagtens Hannß Bachmanns Guth in gerader Linie auf den vom Ruthen-Gänger letzt angezeigten Rein-Stein zuging / wie er ſolches auch ſelbſt bekennen muſte / und von dieſem Stein ſtunden die übrigen angegebenen Steine gleichfalls alle nach einander in gleicher Reihe / biß zu obgedachten Gold-Bächlein / daß man alſo an der vom Ruthen-Gänger angegebenen Reinung / dem Augen-Maaſſe nach / faſt nichts auszuſetzen hatte / ſondern vielmehr / allen Umſtänden und aller Vermuthung nach / dieſes vor die rechte Reinung halten muſte / weil ſonſt / wenn die von Johann Claußen / Richtern / und Samuel Spindlern / Gerichts-Schöppen zu Niederdorff / angewieſene und Eingangs berührte Reinung / Beklagtens Vorgeben nach / die rechte ſeyn ſollte / Beklagtens Guth / welches doch / wie oben angemercket worden / vom Dorffe heraus in gleicher Linie auf den vom Ruthen-Gänger letzt angezeigten Stein / und von dar förder auf das Gold-Bächlein / welches die allgemeine Reinung aller an ſelbiges ſtoſſender Güther iſt / gehet / von dieſem jetzt gedachten Stein / welches der erſte an dem ſtreitigen Orthe iſt / zur rechten Hand hinein / einen groſſen Bogen von 84. Ellen lang machen müſte / da doch nicht zu vermuthen / daß bey Beklagtens Guthe eine ſo exceſſive krumme Reinung ſey gemachet worden / wie denn auch Beklagter / als er die vom Ruthen-Gänger angezeigten und ausgegrabenen Rein-Steine geſehen / nicht viel darwieder ſagen konnte / ſondern ſelbſt vorgab / er müſte geſtehen / daß mehr beſagte entdeckte Rein-Steine auf die übrigen Rein-Steine / welche auf ſeinem unſtreitigen Grund und Boden ſtün-

den /

den/ accurat träffen. Endlich hat der Herr Amtmann den ſtreitigen Platz abmeſſen laſſen / da ſich denn befunden/ daß ſelbiger forne an Samuel Spindlers Reinung hinauf 84. Ellen/ und hinten beym Gold-Bache 144. Ellen breit ſey/ in der Länge aber oben bey der von Gerichten angegebenen Reinung 288. Ellen/ und unten bey des Ruthen-Gängers gefundenen Reinung 258. Ellen austräget. Womit alſo dieſe Beſichtigung ſich geendiget/ und habe ich alles/ wie ich es angeſehen / gehöret/ und befunden/ nachrichtlich anhero regiſtriret.

*Theſ. XXXV.*

*De Cauſa Formali Externa, Poſitione & ritu antiquo Lapidum Terminalium.*

Cauſa Formalis & Differentia Specifica dat eſſe rei, nec immutari aut omitti poteſt, ſed ad ungvem obſervari debet, aliàs actus ipſo jure nullus eſt, usque adeò, ut forma ne quidem per æquipollens expediri poſſit, juxta Herold. *in Tract. de Ratificat. Sect. 2. membr. 1. n. 6. fol. 101. & num. 10. fol. 228.* Peculiares quasdam formalitates, ſolennitates & ceremonias ferè idololatricas obſervabant antiquæ gentes circa conſtitutionem Lapidum Terminalium; Eos enim jam terræ defixuros ungventis irrigabant, atque velaminibus & coronis exornabant. Foſſas autem, quibus immitterentur, factô ſacrificiô, hoſtiâque immaculatâ cæſâ, ſangvine adſpergebant, & faces ardentes ſubjiciebant, addentes inſuper favos, vinum aliaque, quibus Deaſtro Termino ſacra facere moris erat. Poſtmodum dapibus omnibus igne conſumtis, Lapides ſuper reliquias calentes collocabant, ac Terminos ipſos ſaxorum fragminibus majoris firmitudinis ergò circumcalcabant. Quô peractô agrorum quantitatem cuilibet aſſignatam & finium ac poſſeſſorum conditionem Lapidibus, vel etiam æneis tabulis, tollendæ in poſterum omnis controverſiæ cauſâ, incidebant, teſte Siculo Flacco *Lib. 1. de Condit. agror. & conſtit. limit.* Roſin. *Antiquit. Roman. L. 8. cap. 11. in f.* conf. *L. 8. ff. ad Leg. Jul. peculat. ibique Gothofr.* Hinc Numa Pompilius, qui primus inter Romanorum Reges ſacra & ceremonias, omnemque Deorum cultum docuiſſe dicitur apud Florum *Lib. 1. c. 2.* fines quoque agrorum ſacros & inviolabi-

les eſſe voluit, inſtitutis Termino Deaſtro ſolennibus feſtis, Terminalia dictis, & Menſe Februario quotannis celebrandis, in quibus ſacrificia publicæque ſupplicationes fiebant pro cuſtodia Terminorum, Roſin. *c. l.* Dionyſ. Halicarnaſſ. *Lib. 2. Antiqu. Rom. n. 76.* Ideòque finxerunt Deum Romani, ut eos doceret abſtinere à movendis agrorum Terminis, & ſic minueret lites ſuper finibus. vid. Annot. Gronov. *ad Grot. de I. B. & P. Lib. 3. Cap. 15. §. 6. lit. B.* De iſto Deo Termino Ovidius *Faſtor. Lib. 2. circa f.* ita cecinit:

*Tu populos, urbesque & regna ingentia finis;*
*Omnis erit ſine te litigioſus ager.*
*Nulla tibi ambitio eſt, nullô corrumperis aurô,*
*Legitimâ ſervas credita rura fide.*

Et paulò poſt:

*Nec tu vicino quicquam concede roganti,*
*Ne videare hominem præpoſuiſſe Iovi.*
*Et ſeu vomeribus, ſeu tu pulſabere raſtris,*
*Clamato: Tuus eſt hic ager, ille tuus.*

*Theſ. XXXVI.*

*Hodie conſtituuntur Lapides Terminales à Viris Terminalibus.*

*Forma & ſigna externa fallunt.*

Hodie verò rejectis hiſce Ethnicorum ceremoniis, à cultu divino alienis, Lapidum Terminalium conſtitutio ritu quodam technico peragitur à Viris Terminalibus, denen Landſchiedern / Umgängern / Untergängern / de quibus ſupra *Theſ. 17.* dictum eſt. Aliquando ſigno quodam externo notantur Lapides Terminales, e. gr. Cruce, it. einer Schleiffe / quod ſignum interdum rectam lineam, interdum triangulum, nonnunquam ſemicirculum repræſentat, prout Fines, qui deſignantur, recti aut transverſi ſunt. Beſold. *Theſaur. Pract. voc.* Marck-Stein. Quemadmodum & Arbores finales olim perforari ſolebant, Rutger. Ruland. *P. 2.* L. *6. C. 3. n. 22.* Quibus tamen ſignaculis non tanta fides habenda eſt, ut veri Termini à falſis tutò dignoſcantur, imò dum ruſtici pro lubitu & voluntate arboribus grandævis vel lapidibus illic natis aut reconditis, ad acquirendos aliorum fines ejusmodi ſigna facilè incidere poſſunt, tantum abeſt, ut deſuper



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-665000-p0038-3

rectè judicari queat, ut potius in hoc aliàs periti ipſimet decipiantur, Hieron. de Monte, *Cap. 19. n. 4.* In quibusdam verò locis ſigno aut literis pagi vel civitatis notantur, Idem *Cap. 17. n. 2. & Cap. 18. n. 3.* Interim ad hoc conducunt ſignacula externa, ut omnibus nota ſit natura & qualitas horum Terminorum, & ne is, qui eos evellit aut amovet, in Judicio de Termino moto conventus, exceptione ignorantiæ ſe tueri poſſit. Ruland. *c. l. n. 27.* Inſuper notanda differentia, quod in Lapidibus minus principalibus & intermediis, denen Läuffern/ ſigna inſculpi non ſoleant. Oeting. *d. l. Cap. 17. n. 7. ſq.*

*Theſ. XXXVII.*

*Termini Provinciarum Inſignibus Domini Territorii notantur.*

LapidesTerminales totius cujusdam Provinciæ quod attinet, illos à Privatis longitudine, craſſitudine, & ex gvardiis dignoſci ait Hieron. de Mont. *Cap. 18. n. 7.* ipſique præter Literas Terminales, Bezirck-Briefe/ deſuper confectas, etiam Armis & Inſignibus Domini Territorii notantur, *a.* L. *2. C. de frument. Alexandrin.* Hœpping. *de Iur. Inſign. Cap. 10. n. 113.* Unde ubi Domini alicujus Inſignia Lapidibus Terminalibus inciſa reperiuntur, indicio hoc erit, à latere iſto illius loci ſuperioritatem ipſi competere. Oeting. *Cap. 17. num. 14. ſqq.* Inſignia enim & Arma in civitatum portis, valvis, horologiis, templis, curiis, hoſpitiis publicis, & ſaxis limitaneis depicta & inciſa Jurisdictionem probant, Bartol. *de Inſign. num. 2.* Weſenbec. *Conſil. 21. n. 68.* Oeting. *c. l.* Hinc cavendum eſt, ne Principi aut Domino ſuperiori, bona civica in alieno Territorio absque ulla Jurisdictione vel privilegio poſſidenti, concedatur, ut Inſignia ſua Lapidibus Terminalibus illic poſitis incidat; Nam alioquin facilè Jus Superioritatis territorialis ibidem asſequi poſſet. Oeting. *all. loc. n. 17.*

*Theſ. XXXIIX.*

*Forma Interna adjectis certis notis, vulgò Stein-Ey-*

Hiſce temporibus quidem Viri Terminales communiter occultare ſolent ſignandi modum, ipſis optimè cognitum, ne ad fraudes & doloſas mutationes aliis præbeatur occaſio, Rutg. Ruland. *de Commiſſar. & Commiſſion. P. 2. L. 6. C. 3. n. 26.* Oeting. *Lib. 1. Cap. 17. n. 9.* Veruntamen ut eò certius indici-

*er/ indigitatur.*

um de finibus ibi conſtitutis poſteritati præbeant hi Lapides, ſupponuntur ipſis minores lapilli, tanquam Terminorum indices aut teſtes, quos etiam noſtro idiomate Zeugen/ & termino technico Eyer/ Stein-Eyer/ appellant;

*Alia etiam ſigna & materiæ durabiles ſubjiciuntur.*

Vel ſubſternitur etiam alterius materiæ durabilis certa quantitas, v. gr. fragmenta vitri, oſſa ſuccenſa, gypſum, calx viva, cineres, teſtæ ovorum, carbones, &c. de quibus poſtremis Auguſtinus *de Civitat. Dei*, L*ib.* 21. *C.* 4. *circ. med.* ita ſcribit: *Quid in carbonibus? Nonne miranda eſt & tanta infirmitas, ut ictu leviſſimo frangantur, preſſu facillimo conterantur, & tanta firmitas, ut nullo humore corrumpantur, nulla ætate vincantur, usque adeò, ut eos ſubſternere ſoleant, qui Limites figunt, ad convincendum litigatorem, quisquis poſt quantalibet tempora extiterit, fixumque lapidem limitem non eſſe contenderit? Quis eos in terra humida infoſſos, ubi ligna putreſcerent, tamdiu durare incorruptibiliter poſſe, niſi rerum ille corruptor, ignis, effecit?* Conf. Hieron. de Mont. *Cap.* 17. *num.* 7. Beſold. *in Theſ. Pract. voc.* Marck-Stein. Ruland. *P.* 2. *L.* 6. *C.* 11. *num.* 1.

*Quæ ſigna differentiam ſpecificam à vulgaribus conſtituunt.*

Sin verò nullum de ſignis prædictis extet, tunc Lapides pro vulgaribus, gemeine Feld-Steine/ judicantur. Denn wenn die Steine keine Zeugen oder Eyer haben/ ſind ſie ohnkräfftig und ungültig/ es ſey denn/ daß ſie von Alters her vor bekänntliche Marcken allezeit wären gehalten worden/ inquit Oeting. L*ib.* 1. *Cap.* 17. *n* 9. Notanda quoque eſt ulterior Differentia Specifica, quod videlicet Lapides Terminales agrorum diſtrictum dividentes, Fluhr-Steine/ diverſi ſint à Lapidibus Territorialibus & Jurisdictionis, denen Land-Grentz- und Gerichts-Steinen/ ceu ſupra *Theſ. VI.* monitum fuit. Oeting. *d. l. Cap.* 2. *n.* 9. Quemadmodum & ipſi diſtrictus agrorum, die Fluhr/ à Jurisdictione, denen Gerichten/ differunt, ita ut ab uno ad alterum non illicò argumentari poſſit, & ager in certi cujusdam pagi diſtrictu comprehenſus non ſtatim illius loci jurisdictionem agnoſcat.

*Theſ. XXXIX.*

*Accidentales ſolemnitates,*

Accedunt quoque multis in locis, præſertim Thuringiæ, ſolennes ac publicæ Terminorum viſitationes, quæ ſingulis

annis,

annis, & quidem vernali tempore, inſtituuntur, quibusque multum tribuendum eſt, Gilhauſ. *in Arbor. Iudic. Civ. P. 2. C. 6. art. 2. §. 7.* Uti enim ocularis viſitatio & inſpectio inter optimos probandi modos refertur, ita imprimis ad evitandas aut dirimendas Limitum controverſias neceſſaria eſt, vid. Dn. Stryk *Introd. ad Prax. Forenſ. Cap. 17.* & per eam diverſitas Territoriorum ac Prædiorum facilè cognoſcitur, Hier. de Mont. *Cap. 30. n. 2.* Ut verò majorem authoritatem & fidem publicam mereatur hæc Terminorum viſitatio & inſpectio, requiritur, ut ipſa potius à Magiſtratu, Jurisdictionem in illo diſtrictu habente, quàm ex civium & ruſticorum placito inſtituatur. Et ſi fortè civitas vel pagus in confinio aliûs Territorii deprehendatur, ejusdem Domini, vel minimùm Commiſſarii aut Deputati alicujus præſentia tàm utilis erit, quàm neceſſaria. Oeting. *L. 6. C. 6.* Hieron. de Mont. *d. l. Cap. 2.* Sic enim errores, qui circa Limites obveniunt, facilius corriguntur, aliæque rixæ & contentiones evitantur. Et quo minus vicini contra hanc inſpectionem, tanquam clandeſtinam & fraudulentam, excipere, aut de erroribus in menſurando vel diſterminando commiſſis conqueri poſſint, eorum quoque præſentia non diſvadenda eſt, de unoquoque enim negotio, etiam extrajudiciali, non melius, quam præſentibus iis, quos cauſa contingit, judicatur. *L. 47. ff. d. Re jud. ibique Gloſſa.* Prætereà adhibentur huic viſitationi Agrimenſores periti, Feld-Meſſer / qui ex eò etiam, quod cum ruſticis Terminos agrorum quotannis circumire ſolent, Umgänger / aut Untergänger appellantur, teſt. Gilhauſ. *in Arb. Iudic. C. 6. P. 2. art. 2. §. 10. n. 19.* Ruland. *L. 6. C. 5. n. 8. vid. ſupr. Theſ. 17.*

*publicæ Viſitationes & Inſpectiones.*

*Theſ.* XL.

Peragunt interdum & aliis ſolennitatibus hanc viſitationem cives ac ruricolæ, dum nimirum ipſo plerumque die Walpurgis fines circumeunt, & ſæpius vel majoris authoritatis gratià, vel ad removenda, ſi quæ metuantur, vicinorum impedimenta ac turbas, armati comparent, vel etiam juxta quorundam locorum conſvetudinem cum tibiis ac tympanis,

*Aliæ ſolennitates adhuc obſervantur.*

panis, mit Trummeln und Pfeiffen / incedunt; Quam tamen ſolennitatem ut otioſam ac plebi laſciviendi occaſionem præbentem, potius omittendam eſſe putat Ahasv. Fritſch. *Tract. de Diſtr. agror. Cap. 6. §. 10.* Imò ut liberis ſuis in pueritia ſtatim iſtam Terminorum notitiam inculcare poſſint, eos ſimul adducunt, & crinibus, quoties Lapidem Terminalem prætereunt, ipſos rapientes, rauffen ſie bey den Haaren / fines iis hoc modo oſtendunt. Beſold. *Theſaur. Pract. voc.* Haarrupffen / ubi iſtud ob muneris, quod aliàs in hac ſolennitate pueris erogandum eſſet, defectum fieri dicit; Sed videtur exinde forſitan originem traxiſſe hæc conſvetudo, quod antiqui ſoliti fuere, pro rogatione teſtium aures vellere, Dietherr. *in Continuat. Theſaur. Pract. Beſoldian. dict. voc.* ibique etiam (quod obiter dictum ſit) quæſtionem tractat: Warum man einen / wenn eine neue Speiſe / als etwas Neues vom Jahre / aufgeſetzet wird / beym Ohre zu rupffen pflege? remiſſivè ad Widerum in der Sprüchwörter-Poſtille / *pag. 167.*

## *Theſ. XLI.*

*De Cauſa Finali poſitionis Lapidum Terminalium.*

Quemadmodum ex Fine cenſentur omnia, quæ pro illo fiunt, Herold. *in Tract. de Ratificat. fol. 358. n. 4.* & omnis agens agit propter finem, finisque eſt, qui movet agentem; Hinc Fine deficiente deficit Effectus, & quod contra vel præter finem fit, ratum non eſt, Barboſa *Axiomat. Lib. 6. Cap. 17. ſub verb. Finis.* Ita quoque poſitio Lapidum Terminalium ac

*Finis primarius.*

Limitum eò tendit & collimat primariò, ut Territoria iisque adhærentes Jurisdictiones, nec non publica & privata prædia, agri &c. benè diſtinguantur, ac tali modo ipſorum do-

*Secundarius.*

minium & poſſeſſio vel quaſi, hujusque commodum cuique confini tribuatur; Porrò inter Dominos territoriales confi-

*Ultimus.*

nantes tranquillitas & pax, ac inter privatos quies conſervetur, è contrario lites atque certamina evitentur. Ad eun-

*Media ad talem finem obtinendum dantur varia.*

dem quoque finem obtinendum varia dantur media, principaliter Actio finium regundorum, quæ eò dirigitur, ut confinium prædiorum turbatorum, Lapidum Terminalium & Limitum confuſorum certitudo obtineatur, fines regan-

tur, i. e. ad ſuam normam & ordinem priorem redigantur, & vel veteres Termini obſcurati declarentur & conſerventur, aut novi evidentiores conſtituantur, ut porrò, quod intra fines quisque habet, retineat, & ſi quid amplius habeat, id confini ſuo reſtituat, portio autem per confuſionem occupata diſcernatur, & noſtra eſſe declaretur, ſimulque ob fines latiùs habitos, intereſſe præſtetur, juxta Dn. Struv. *S. I. C. Exerc. 14. th. 56. & ll. ibid. cit.* conf. Meier. *Coll. Arg. tit. fin. reg. n. 40.* Plura remedia infra, ubi de Contrariis actum eſt, videri poterunt.

*Theſ. XLII.*

*Mediante quoque Officio Judicis finis celerius obtinetur.*

Ad hunc quoque finem tàm pro Actore quàm Reo obtinendum officium Judicis pro circumſtantiarum varietate diverſum eſt, & quovis meliori modo interponi ac litigii eventus maturari debet. Quando enim uterque litigantium ſe poſſeſſorem & dominum loci controverſi intendit, tunc ante omnia poſſeſſionis negotium, quo videlicet modo & loco Termini hactenus ſint obſervati & poſſeſſi, diſcutere; & pro eo, qui poſſeſſionem juſtam vel antiquiorem probavit, decernere debet. L. *3. C. fin. reg.* Weſenbec. *Conſil. 213. n. 56.* Quodſi armorum & rixarum periculum immineat, rectè Judex interdicit utrique uſum illius loci, usque ad finem litis. Oldendorp. *Claſſ. 3. Action. 14. p. m. 432.* Deinde ſi adverſarius dominium demonſtrare conetur, Judici ſuper prioritate & quantum juris quælibet pars in loco litigioſo habeat, cognoſcendum eſt. Oldendorp. *d. l.* Quô etiam peractô Judicis officium porrò eſt, ut ipſam Finium diſtinctionem aggrediatur, & vel novos Lapides Terminales ponat, vel veteres dejectos elevet, eosque perpetuò ſtare mandet. Schneidew. *de Act. fin. reg. n. 21.* Meier. *Colleg. Arg. tit. fin. reg. n. 34.* Sin verò Fines aut in totum, aut in parte quadam ſatis commodè dirigi nequeant, vel planè nulla eorum veſtigia appareant, tunc adjudicatione diſcutienda eſt controverſia, ita ut ſi amovendæ veteris obſcuritatis gratia per aliam regionem Judex dirigere velit, adjudicatione & condemnatione illud faciat, quo caſu is, cui aliqua pars ex alterius agro adjudicatur,

catur, in certam pecuniam condemnari debet. §. 6. *I. de Offic. Jud.* L. 2. §. 1. L. 3. 4. §. 5. *ff. fin. reg.* Weſenbec. *Parat. h. l. n.* 7. Meier. *Colleg. Arg. eod. n.* 35. Quæ ut æquabiliter & ſecundum juſtitiæ normam fiant, Judex ipſe in rem præſentem eat, oculisque ſuis finalia loca ſubjiciat, & juxta modum ſupra dictum per Menſores agros declarari jubeat, ex qua declarationis relatione tandem finium regundorum quæſtioni finis imponitur. *d.* L. 2. *ff. fin. reg.* L. 3. *C. eod.* Apud Saxones olim id juris erat: Welche Gewehr man nicht entſcheiden mag/ durch der Zweyung willen der Umſaſſen/ oder durch ihre Unwiſſenheit/ ſo ſoll man die Sachwalden heiſſen ſchwehren/ da ſie ſich beyde zuziehen/ und gleich auf den Heiligen behalten/ das ſoll man gleich unter ſie theilen/ oder mit einem Waſſer-Urthel entſcheiden/ LehnR. *Cap.* 40. ubi Gloſſa: Die unbekehrten Sachſen haben Gewohnheit gehabt/ da man die Wahrheit nicht können erfahren/ ein Waſſer zu ſieden/ und das denen kriegiſchen Partheyen zu trincken zu geben/ und wen es kränckte oder brannte/ der war ſchuldig. Concordat Gloſſa *ad* L. R. *Lib.* 3. *art.* 21. Sed hodiè reliquiæ tales ethnicæ prorſus cum ſimilibus ſuperſtitioſis ſortilegiis in deſuetudinem abierunt. *Gloſſ.* LehnR. *d. l.* in verbis: Nachdem die Sachſen gläubig worden/ ſo iſt ſolche Sache verlegt.

*Theſ. XLIII.*

*Effectus Lapidum Terminalium ſunt*

Cum præſertim Effectus Fine reſtringatur & amplietur, ac qualis ſit declaretur, quin etiam ex cauſis colligatur, efficaciaque de potentia cauſæ ſuæ teſtetur, nec virtutem hujus excedere debeat, juxta Gail. *Lib.* 2. *Obſ.* 1. *n.* 8. add. Barboſ. *Axiomat.* Lib. 5. *Cap.* 4. *verb. Effectus.* Hinc etiam conſiderandi ſunt Lapidum Terminalium & Limitum varii Effectus, quorum præcipuus in Dominiorum diſtinctione conſiſtit, eâ enim propinquorum ac vicinorum diſcordiæ, quas materia communis excitare ſolet, è medio tolluntur, L. 77. § 20. *ff. de* Legat. 2.

*1. Dominiorum diſtinctio.*

*2. Jurisdictionum & dominiorum*

Deinde probantur etiam per Lapides Terminales ritè poſitos Dominia, Jurisdictiones & Territoria. Oeting. *de Jur. Lim. & fin. regund.* Lib. 2. *Cap.* 18. *lit. A.* Menoch. *Conſil.*

*fol. 147. n. 36.* Ex diverſis enim Terminis diverſi quoque proprietatum domini judicantur, & probatis finibus probatum etiam cenſetur dominium, *a.* L. *5. ff. d. J. & J.* Hieron. de Mont. *Cap. 60. n. 2.* Notandum verò, quod plurimis in locis Jurisdictio finiatur Terminis certi diſtrictus, ſo weit das Weichbild oder die Fluhr gehet / & quicquid in illis comprehendatur, ejusdem domini Jurisdictioni etiam ſubſit, licet dominium ad alium ſpectet, cum nihil novi cenſeatur, quod unus Jurisdictionem in Territorio, & alius proprietatem habeat. Hieron. de. Mont. *C. 11. n. 14.* Dn. Struv. *S. J. F. Cap. 7. th. 10. n. 4.* *demonſtratio.*

*Theſ. XLIV.*

Non ignota eſt controverſia ſuper quæſtione: *An* Lapides quoque Terminales vel Jurisdictio vicini domini per Alluvionem mutetur? In cujus deciſione Scriptorum quidam diſtinguere volunt inter mutationem, quæ per Alluvionem caſu fortuito acciderit, & eam, quæ naturaliter contigerit, Cœpolla *d. S. R. P. Cap. 34. n. 4.* ſive an fluminis mutatio per alluvionem facta ſit impetu, an ſenſim & pedetentim. Priori caſu, ſi uno id fiat impetu, ſeu inundatione, Territorii fines & Limites mutari negant, quia, licet poſſeſſio ad tempus amittatur, dominium tamen non pereat, *L. 7. §. 6 ff. de aq. rer. domin.* Illuſtr. Dn. Mencken. *in Tract. Synopt. ff. d. tit. p. m. 500.* Dn. Struv. *S. J. C. Exerc. 41. th 32.* Poſteriori autem caſu, quando per Alluvionem naturali vi fluminis fundo ita latenter aliquid adjiciatur vel auferatur, ut non intelligi poſſit, quantum quoquo temporis momento adjectum vel ablatum ſit, mutationem aſſerunt, quod infra Theſ. LII. ubi de Contrariis agitur, pluribus demonſtratum eſt. *3. Terminorum in Alluvione duratio.*

*Theſ. XLV.*

Nec infimus Lapidum Terminalium Effectus eſt, quod Termini ac Limites Parochiarum & Diœceſium certi & manifeſti quâ tales regulariter non præſcribantur, aut temporis curſu intereant. *Cap. ſuper eo verò 4. X. de Paroch. & alien Parochian. Can. Quicunque Epiſcopus 4. & C. licet in regulis 5. XVI. Publ. qu. 3.* *4. Præſcriptionis Excluſio circa Terminos*

*qu. 3.* Dn. Berger. *Oeconom. Jur. Lib. 3. Tit. 6. §. 4. p. m. 724.* In quorum numerum publici Regnorum & Provinciarum Limites jure meritò recenſentur, ita ut tanquam teſſeræ univerſalis dominii & jurisdictionis *a. L. 5. ff. de. J. & J.* æquè à præſcriptione immunes ſint, *L. 9. L. 45. ff. de Uſucap.* Durantibus

*Claros & manifeſtos.* enim Lapidibus vel aliis ſignis Limites ſemper clarè ac manifeſtè diſtincti ſunt, & publicè apparent. Hieron. de Mont. *Cap. 76. & 107. n. 2.* eamque ob cauſam præſcribenti ſemper malæ fidei exceptio opponitur. Mynſinger. *Cent. 6. obſerv. 28. num. 2.* Et hinc non ſine maxima confuſione ac turbatione inter Dominos confinantes & eorum ſubditos, ingentique Reipubl. damno admitteretur ejusmodi præſcriptio, ceu monet Gelaſius *in d. Can. 4. & 5. XVI. qu. 3.* Præterea inter confinantes dominos uterque utitur (ceu ſupra Theſ. XX. de Subjectis dixi) Termino finali tanquam Fine & Limite communi, Mynſinger. *d. l.* ſuntque in hoc reſpectu ſocii Terminorum, & ſuo jure confinia poſſident; Nemo autem rem propriam ſibi ipſi præſcribere poteſt, *a. L. 10. pr. ff. quemadm. ſervit. amitt.* Myler. ab Ehrenbach. *in Metrolog. Cap. 14. § 28. n. 8.* Hieron. de Monte *c. l. n. 2.* Et ubi materia eſt inpræſcriptibilis, ibi nulla currit Præſcriptio, Abbas Panormitan. *in d. Cap. ſuper eo. 4. X. de Paroch.* add. Grot. *de J. B. & P. Lib. 2. Cap. 4. §. 1. ſq.* ubi citat Vaſquium *L. 2. C. 51. n. 28.* qui etiam ſtatuit, quod uſucapiendi jus, cum Lege civili introductum ſit, locum habere nequeat inter duos populos liberos aut Reges, populumve liberum & Regem, imò ne inter Regem quidem & privatum ipſi non ſubditum, nec inter duos diverſorum Regum aut populorum ſubditos, quod verum videtur, inquit Grotius, niſi quatenus res vel actus tenetur territorii legibus. vid. infra Theſ. 54.

*Theſ. XLVI.*

*5. Venationum & Paſcuorum Coërcitio,* Porrò Effectibus Lapidum Terminalium & hoc adſcribitur, quod Venationes & Paſcua eos haud excedere debeant, & qui contrarium aſſerere velit, iſtud probare teneatur. Ahasver. Fritſch. *Tract. de Diſtr. Agror. Cap. 8. §. 7.* Quod-

ſi

ſi tamen probatio fiat, tunc iterum certi Lapides ponuntur, qui juxta ea, quæ Theſ. VI. relata ſunt, Lapides Venationum & Paſcuorum, Jagd- Weid- und Trifft-Steine / appellari ſolent. Oetinger. *Lib. 1. Cap. 17.* In Compaſcuis verò, denen Koppel-Trifften/ ubi duæ pluresve vicinæ univerſitates in prædiis & agris ſuis vicinis ſibi invicem mutua paſcua concedunt, hanc Lapidum poſitionem non requiri, ſupra Theſ. XXVI. monitum eſt.

*Theſ. XLVII.*

Ad Affinia & Similia Lapidum Terminalium referenda quoque ſunt alia ſigna; Notiſſimum enim eſt, quod non uno eodemque modo, ſed variis & diverſis ſignis Territoria æque ac privatorum prædia diſcernantur, iisque vel *Naturalibus*, quæ ipſa Natura denotat & conſtituit, ut ſunt 1.) Arbores finales, Grentz-Bäume / L. *19. in pr. ff. Commun. dividund.* L. *83. ff. pro Soc.* peculiari charactere à vulgaribus diſtinctæ, Oetinger. *de Jur.* Limit. *& fin. regund. Cap. 18. n. 13.* 2.) Flumina, Flüſſe und Ströhme / L. *17. §. 2. ff. de aqu. & aqu. pluv. arcend.* tanquam optimæ Territoriorum diſtinctiones, Dn. Stryk. *in Diſſert. de Judic. diviſor. Cap. 5. n. 11.* & quorum curſus perennis exiſtit, L. *1. §. 2. de flumin.* 3.) Rivi aquarum, Bäche / L. *6. ff. fin. reg.* Oetinger. *Cap. 18. n. 24. j. Deut. 4. v. 16.* 4.) Littora & Ripæ, Geſtade und Uſer / L. *51. ff. de Contrah. emt. & vend.* L. *5. ff. de rer. diviſ.* L. *7. §. 5. ff. de acqu. rer. domin.* 5.) Sylvæ & Luci, Wälder und Hayne / L. *7. §. 1. ff. de peric. & commod. rei vend.* 6.) Montes, L. *2. §. 3. C. de Offic. Præf. Prætor. Afr.* qui pro æternis habentur, Cravetta *Conſil. 949. n. 1.* Weſenbec. *Part. 2. Conſil. 34. n. 57.* & 7.) Valles, Hieron. de Monte *c. Cap. 17.* Vel Artificialibus, quæ hominum opera conſtituuntur, puta (1) Columnas erectas, Grentz-Säulen / Cardin. Tuſch. *Concluſ. 700. n. 3. lit. C.* Beſold. *in Theſaur. Pract. voc.* Marck-Stein / quippe quæ hodiè ſunt frequentiſſimæ, Rutger. Ruland. *de Commiſſar. & Commiſſion. P. 2. L. 6. C. 3.* (2) Crucifixas, quali ſigno fines Ducatus Magdeburgici & Epiſcopatus Martisburgenſis diſtinguuntur, Dn. Stryk. *in alleg.*

*De Affinibus & Similibus Lapidum Terminalium, tàm Naturalibus, quam Artificialibus.*

leg. Diſſert. Cap. 5. n. 6. (3) Vias publicas & privatas, Land-Straſſen und Wege/ L. 7. §. 1. ff. de peric. & commod. rei vend. L. 2. §. 22 ff. ne quid in loco publ. Speidel. in Specul. varior. notabil. voc. Grentzen. (4) Foſſas ductas, Land-Graben/ L. 2. §. 2. ff. de aqu. & aqu. pluv. arc. Wehner. in Obſerv. Pract. voc. Land-Wehr. (5) Aggeres, Thämme/ L. 23. ff. d. tit. L. 10. ff. de extraord. crim. (6) Ædificia, Grentz-Häuſer/ eaque vel publica, ut Caſtella ſeu Fortalitia, L. 2. §. 4. C. de Offic. Praeſ. Praet. Afr. L. 4. C. de Offic. Magiſtr. Offic. quorum exſtructio ob Superioritatem territorialem Principi tantum conceditur, L. 2. C. de fund. limitroph. vel Privata, L. 2. L. 4. §. 3. ff. fin. regund. (7) Sepes & Macerias, Zäune und Wände/ L. 13. ff. fin. reg. Cœpolla de S. U. P. Cap. 79. n. 1. & de S. R. P. Cap. 21. n. 14. vel denique (8) Margines Ceſpititias, Raſen-Reine/ quæ in ruſticorum agris valdè frequentes, ſed mutationi facilè ſubjectæ ſunt.

*Theſ. XLIIX.*

*In Lacu, Flumine & Mari etiam conſtituuntur Fines.*

In Lacubus & Fluminibus, imò etiam in Mari conſtitui poſſe Limites, extra dubium eſt. Nam licet de hôc poſtremo Vir incomparabilis Hugo Grotius, in Peculiari Tractatu *de Mari Libero*, id neget; Contrariam tamen ſententiam non minus ſtrenuè defenderunt illuſtres & ſummæ eruditionis Viri, Johann. Seldenus *de Mari Clauſo*. Joh. Strauchius *de Imper. Mar.* Bœclerus *ad Grot.* Feltmann. *ad L. 2. §. 1. ff. de Rer. div.* Conringius & alii, ita ut de Jure proprio dominii & Imperii Maris, ſive quoad integrum, ſive quoad præcipuas partes conſiderati, non amplius dubitetur. vid. Dn. à Kulpis, *in Colleg. Grotian. ad lib. 2. C. 2. th. 2.* Super his Limitibus autem inter Anglos & Batavos proximo Seculo valdè diſceptatum eſt, quam controverſiam unà cum nominibus præcipuorum Scriptorum, ac momentis ſententiarum diſſidentium, egregiè annotavit Bœclerus *ad Grot. de J. B. & P. L. 2. Cap. 2. §. 3.* Licet enim de interiori Mari, quod intra fines cujusdam imperii concluditur, facilè conſenſerint, idem ad Limites proximi Territorii ſpectare, ceu de Mari Adriati-

co,

co, quod Venetis inſervit, ubique notum eſt; Attamen de exteriori Mari, ſive Oceano, convenire non potuerunt, ita, ut memorata Anglorum & Batavorum controverſia non alio modo, quàm armis, dirimeretur, & cum denique pacem Anno 1667. Bredæ inibant, inter alia caveretur, ut Batavi omni piſcatione intra decimum ab Anglia milliare abſtinerent. Dn. Becmann. *Hiſt. Orb. Terr. Geographic. & Civil. cap. 4. §. 2.* Exemplum hoc nos ſatis edocet, Oceanum eſſe limitatum, & Terminos vel per adjacentem terram, vel per certum ſtadiorum & milliarium numerum (ceu hîc ad decimum usque Lapidem ab Anglis factum eſt) in eô poni.

*Theſ. XLIX.*

Ipſe quoque Sapientiſſimus rerum omnium Creator ab initio ſtatim littora tanquàm Terminos poſuit, ubi Mare ſiſti deberet. Sic legimus effatum ejus apud Jobum *cap. 38. v. 8. ſeqq. Quis concluſit oſtiis Mare, quando erumpebat, quaſi de utero procedens. Cum ponerem nubem veſtimentum ejus, & caligine illud, quaſi pannis infantiæ, obvolverem. Circumdedi illud Terminis meis, & poſui obicem & oſtia. Et dixi: Usque huc venies, & non procedes amplius, & hîc confringes tumentes fluctus tuos.* Idem fere dicitur Proverb, *cap. 8. v. 29. Circumdabat Mari Terminum ſuum, & legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos.* Sed præter littora etiam alii Termini ac Limites ponuntur in Mari: *Scopulos enim eminentes, brevia adverſa invicem promontoria, inſulas hinc inde ſparſas habemus, è quibus linearum rigores, verſuræ ſeu flexus angulorum, coxæ, gammata (ut Agrimenſores dicunt) ſumantur, ad territorium marinum terminandum. Accedit egregiæ nauticæ pixidis, & graduum cœleſtium ſive longitudinis ſive latitudinis, atque ex hisce doctrinæ Triangulorum auxilium. Tropicus item Cancri & Æquator in Mari fuere Termini, quibus finiri voluere aliqui fœdus inter Ordines Belgiæ fœderatos & Auſtriacos Anno* MDCIIX. *contrahendum. Et in fœdere inter Magnæ Britanniæ & Hiſpaniarum Reges Æquator eſt in Mari Terminus,* ſunt verba Dn. Selden. *in Tr. de Mari Clauſ. lib. 1. cap. 22.* Hinc Div. Ambroſius, qui *lib. 5. Hexaëmer. cap. 10.* de piſcium domiciliis differens, *Geometram,* inquit,

*Limites Maris quinam.*

inquit, *audivimus, Thalaſſometram nunquam*, nullam hodiè approbationem meretur.

*Theſ. L.*

*De Finibus in Flumine conſtitutis.*

Pari modô & Flumina Limites ſuos, ripas nimirum agnoſcunt. De Finibus ac Terminis autem, qui in ipſo Flumine conſtituuntur, tradunt, quod illi in dubio ad medietatem fluminis utrinque pertingant, ſi flumen ſit in confinio duorum territoriorum, ideoque etiam Jurisdictio in flumine utrique Domino usque ad medium competat, Ruland. *de Commiſſar. & Commiſſion. P. 2.* L. *6. C. 1. n. 3.* Hering. *de Molendin. quæſt. 15. n 17.* Hug. Grot. *de J. B. & P. lib. 2. C. 3. n. 16.*

*Inſula in medio nata communis.*

Hinc ſi in alveo fluminis inſula nata ſit, ea vicinis proximis acquiritur, pro modo latitudinis cujusque fundi, quæ propè ripam eſt. §. 2. *I. de Rer. div. & acqu. ipſ. domin.* Quod etiam noſtro Jure Saxonico obſervatur per text. L. R. *L. 2. art. 56.* Welcher Werder ſich erhebet binnen einem Fluß / welchem Geſtade er näher iſt / zu dem gehöret der Werder. Iſt er aber zu mittler Maaß des Waſſers / ſo gehöret er beyden Geſtaden.

*Jur. Saxon. El. fiſco adjudicitur inſula in Albi nata.*

Aliud tamen obtinet, quando Princeps inſulas futuras ſibi aſſeruit, quod in Albi factum eſſe teſtatur Reſcriptum Sereniſſimi Electoris Auguſti, glorioſiſſ. memoriæ, ad Quæſtorem Wittebergenſem datum, cujus tenor hic eſt: Lieber Getreuer / Uns gelanget an / daß auf dem Elb-Strohm in unſerm Fürſtenthum hin und wieder Schiff-Mühlen angerichtet und gebauet / welche in unſere Aemter alle nicht verzinſet / daß ſich auch etliche der angelegenen Häger und Werder in dem Elb-Strohm / ſo unbefloſſen / vor ihr Eigenthum unterzogen / welche billig unſern Aemtern jedes Orts gehören ſollen. Weil Wir denn auf und in dem Elb-Strohme / ſo weit ſich unſer Fürſtenthum erſtrecket / niemands gerichtbar / oder anderer Gerechtigkeit / welcher halben ſie ſich der Häger oder Schiff-Mühlen unterziehen möchten / geſtändig; So hätte dir gebühret / daß du alle Häger und Werder im Elb-Strohme / ſo unbefloſſen / in unſer Amt gezogen / auch die Schiff-Mühlen / ſo viel derer darauf angerichtet / und ſo weit unſer dir befohlen Amt ſich erſtrecket / demſelben

zinßbar

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-665000-p0050-0

zinßbar zu machen / oder dieſelben abzuſchaffen. Befehlen dir derowegen / du wolleſt ſolches nochmahls thun / und niemand / der ſey / wer er wolle / auf dem Elb-Strohm einige Gerechtigkeit geſtatten / und Uns zwiſchen hier und Lichtmeſſe nechſtkünfftig neben allen Umſtänden berichten / was vor Werder und Häger in dem Elb-Strohme / ſo umfloſſen / auch wie viel Mühlen der Oerter / ſo weit ſich ſolch Amt erſtrecket / befunden / und wer ſich derſelben unterzogen / und es anders nicht halten. Hieran geſchiehet Unſere Meynung. Datum Dreßden / den 7. Decembris, Anno 1563. Conf. Carpz. *P.* 3. *C.* 31. *d.* 13.

*Theſ. LI.*

*Ad Contraria Terminorum & Lapidum Terminalium refertur Alluvio.*

Ad Contraria refertur Alluvio, per quam inducitur Lapidum Terminalium mutatio, & Limitum confuſio. Quod enim per hanc Alluvionem agro meo flumen adjicit, id Jure Gentium fieri meum, inquit Imperator §. *20. I. de R. D.* Quippe DEUS ipſe id mihi adjicere videtur; quare mirum non eſt, ſi id, quod inter privatos eſt æquum, publicè quoque juſtum ſit, & augeri diminuique fines, prout DEO uniuscujusque vel augere vel minuere patrimonium placet. Itaque ex fluminis curſu de Terminis ſtatuendum eſſe, poſt alios reſpondit Menoch. *Conſil. 1101. n. 2.* Sic etiam Aymus *de Alluvion Lib. 2. Cap. 6. n. 3.* Reſcripto Imperatorum Theodoſii & Valentiniani innitens: *Hæc ſunt*, inquit, *ex quibus audacter cenſeo, per Alluvionem, ſicuti etiam cœtera, Jurisdictionem quoque ſive Territorium augeri & diminui. Nec aliter aut reſponderem aut judicarem, quamvis contraria opinio crebriori calculo ſit recepta.* Hunc ſequuntur Hieron. de Monte, *de fin. Cap. 24.* Gryphiand. *de Inſul. Cap. 14. n. 83. & 111.* Caſp. Manz. *Deciſ. Palat. 99. n.* 4. & Flaccus Siculus *de Condition. agror.* ubi ita ſcribit: *Rhenus quoties finem facit, appellatur rectus curvusve, qui ſi alterius incrementum ab alia parte abſtrahat, alii contrariæ relinquat, quod vocant Alluvionem, repetitio finium non datur, inducit enim neceſſitatem muniendarum riparum &c.*

*Theſ. LII.*

*Theſ. LII.*

*Jus Alluvionis circa fundum Arcifinium tantum, non circa Limitatum obtinet.*

Verùm enim verò hoc jus Alluvionis tunc demum obtinere, ſi fundo Arcifinio (i. e. nullâ menſurâ, nulliſque Limitibus clauſo, Cujac. *Lib. 2. Obſerv. 9.*) aliquid auferatur, minimè verò ſi de agro Limitato (h. e. ſub certis Limitibus & taxatione menſuræ mancipato vel conceſſo) quæſtio ſit, certius, & æquitati ſanæque rationi magis conſentaneum eſt. Hanc ſententiam in *L. 16. ff. de acquir. rer. domin.* fundatam habemus, eamque defendunt plerique Dd. vid Dn. Struv. *S. J. C. Exerc.* 41. *th.* 32. Dn. Mencken. *in Tract. Synopt. ff. ad Tit. de acqu. rer. domin. p. m.* 499 add. Grot. *de J. B. & P. Lib. 2. Cap.* 3. §. *16. n. 2.* ubi inquit: *Docent nos menſores tria eſſe agrorum genera; Diviſum & aſſignatum, quem limitatum vocat Florentinus JCtus, quia manufactos limites habet; Menſurâ comprehenſum puta per centurias ac jugera; Et arcifinium, qui inde dictus videtur, quod fines haberet arcendis hoſtibus idoneos, id eſt naturales, ut ſunt Flumina & montes. Hos occupatorios videtur dicere Aggenus Urbicus, quia plerumque tales ſunt agri, qui aut eo quod vacui ſunt, aut etiam bello occupantur. In duobus primis agrorum generibus, etiamſi flumen curſum mutet, nihil de territorio mutatur; & ſi quid alluvio adjecit, id occupantium imperio accedet. In arcifiniis flumen mutato paulatim curſu mutat & territorii fines, & quicquid flumen parti alteri adjecit, ſub ejus imperio eſt, cui adjectum, quia ſcilicet eô animô populus uterque imperium occupaſſe primitùs creditur, ut flumen ſui medietate eos dirimeret, tanquam naturalis Terminus.* Jus autem Alluvionis quoad fundos Arcifinios tantum locum habet in fluminibus ac rivis publicis, *L.* 30. §. 3. *ff. de acqu. rer. domin.* in

*Nec in ſtagnis aut lacubus.*

ſtagnis verò & lacubus, aut privatis rivis non item, hi enim ſuos Terminos retinent, L. *12. ff. d. tit.* Ita in caſu, quo vicinus jus paſcendi in lacu quodam exſiccato prætenderat, reſponſum eſt apud Dn. Struv. *Cap. 20. Dec. Sabbathin. 6.* inter alia

*Reſponſ. Facultat. Jurid. Jenenſ.*

his verbis: Ob wohl es das Anſehen hat / daß der vertrocknete Theil des Sees keinem andern / als dem daran liegenden Schaf-Hofe zuwachſen kan / zumahln nicht allein viel Jahre her die Schafe auf dieſes Stück getrieben / ſondern gar das Graß dar-

bey

bey gantzer dreyzehen Jahre abgemeyhet und weggeführet worden / &c. Dennoch aber halten Wir dafür / daß obbemeldter Schaf-Hof ſich der Weide oder des Graſes auf dem Fleck quæſtionis anzumaßen keinesweges befugt ſey / weil keine Huth und Trifft in bemeldtem See verkaufft werden können / ſintemahln damahls ſolcher Orth mit Waſſer angefüllet / und gantzer zwölff Jahre nach getroffenen Kauff-Contracte mit Fiſchen beſetzt geweſen / überdiß in dem Vertrags-Briefe nur dieſes enthalten iſt / daß die Inhaber Güſenbergs Fug und Macht haben ſollen / zu beyden Seiten des Sees zu weiden und zu treiben / und aus denen Rechten bekannt / daß das Jus Alluvionis in dieſem Fall nicht ſtatt finde / indem der See ſeinen Thamm hat / und dadurch von dem Schaf-Hofe unterſchieden iſt / Agri enim aggeribus definiti, limitati, nec non lacus & ſtagna, quia Terminos ſuos retinent, jus alluvionis non agnoſcunt. Conr. Rittershuſ. *ad* §. 20. *I. de R. D. & A. I. D.* und dann dieſer Weide wegen gewiſſe Marck-Steine geſetzet worden / und annoch zu befinden ſind / woraus zu erſehen / wie weit einer oder der andere am See hüten ſolle / dahero es billig dabey verbleiben muß / und weiter nicht gegangen werden mag &c. conſ. Myler ab Ehrenbach *in Metrolog. Cap.* 14. § 23 *n*. 1.

*Theſ. LIII.*

Quantam cernimus utilitatem, quæ ex accurata territoriorum ac prædiorum diſtinctione in dominos ac poſſeſſores eorum redundat; Tantum è contrario eſt incommodum, quod per venditiones particularium bonorum vicinis extraneis & alienæ jurisdictionis factas, Univerſitati creatur, cum ex ea Limitum turbatio juriumque confuſio perpetuò metuenda ſit, imprimis ſi prædia alienata non in medio, ſed confinio hujus diſtrictus ſita ſint. Tunc enim non paſcua tantum diminui, ſed venationes etiam, ac aliæ ſervitutes, accedente quali quali poſſeſſione vel præſcriptione, à vicinis facilè prætendi, onerum & tributorum præſtationes econtra plerumque denegari ſolent. Ahasv. Fritſch. *de Diſtrict. agror. cap.* 8. §. 9. *ſqq.* Hinc Statutis Dresdenſibus *Cap.* 12. §. 9. ita cautum eſt: Niemanden

*Turbatio quoque & Confuſio inducitur per Venditionem prædiorum extraneis factam.*

*Diſpoſitio*

*Statutorum Dresdenſium.* manden ſoll auch geſtattet werden / Aecker aus der Stadt-Fluhr auf die Dörffer / noch andern / als allein Bürgern / und des Raths Geſchwohrnen oder Einwohnern zu verkauffen / auch die Brachen nicht denen Dorff-Leuten / ſondern allein Bürgern und der Stadt Beywohnern zu vermiethen und zukommen zu laſſen.

*Theſ. LIV.*

*Ad Contraria porro refertur Præſcriptio.* Contraria tam Publicis quam Privatis Limitibus & Lapidibus Terminalibus certo reſpectu cenſetur etiam Præſcriptio Grot. *d. I. B. & P. Lib. 2. Cap.* 4. §. *1. & 2.* Certô inquam reſpectu, cum ſupra *Theſ.* 45. dixerim, Terminos ac Limites Publicos quà tales, ſeu quatenus certi & manifeſti ſint, regulariter non præſcribi. Quod ſi verò de Limitibus non conſtet, aut ſaltem præſcribens ignoret, hoſce ibi eſſe, aut Limites dubii & ab adverſario in controverſiam deducti ſint, tunc præſcribuntur, non tamen ut Limites, ſed ut ſolum proprium, & ſic jure proprietatis, non jure finium, *L. 6. C. fin. reg.* Mynſinger. *Cent. 9. Obſerv. 28. n. 2.* Menoch. *Conſil. 21. n. 21.* Barboſa *ad Cap. Super eo.* 4. *X. de Parochiis. n.* 4. Cujus verba hæc ſunt: *Quando Termini finales non conſiderantur tanquam fines, ſed tanquam ſolum proprium, illudque quoad proprietatem occupatur, utique admittenda præſcriptio, quia propriè loquendo non præſcribuntur fines, proinde ceſſant verba prohibentia præſcriptionem.* vid. Speidel. *in Specul. Varior. notabil. voc.* Marck-Stein. Deſiderant tamen Legislatores in finibus hiſce publicis præſcribendis curſum 40 annorum. *Cap. Ex literis. 3. X. de Probat. Cap. Quia indicante 9. X. de Præſcript. Authent. Quas actiones C. de S. S. Eccleſ.* Privatos autem Limites triginta annorum ſpatio (cui Jus noſtrum Saxonicum unum Annum, 6. Sept. & 3. d. addit, *a.* L. R. *L. 1. art. 29.* Carpz. *P. 2. C. 3. d. 3.*) ad inſtar aliarum rerum præſcribi, conſtat ex *L. 6. C. fin. regund.* Meier. *Colleg. Argentor. ad tit. fin. regund. n. 33.* & ita reſpond. Facult. Jurid. Lipſienſ. *Menſ. Maj.* 1704.

*Reſponſ. Facultat. Jurid. Lipſienſ.*

*Theſ. LV.*

*Termini etiam ac Li-* Cum quoque magna deprehendatur Magiſtratuum ac Officialium negligentia, qui vel viſitationes finium ordinarias

planè

*mites variis aliis modis turbantur.*

planè omittunt, vel quomodo & quando factæ ſint, non fideliter annotant; Hinc accidit, ut Lapides Terminales ſucceſſu temporis ſæpè perdantur, mutentur vel obfuſcentur, ut eorum origo amplius ignoretur. *Can. longinquitate. 6. XII. qu. 2. Cap. Ex literis tuis. 3. X. de Probat.* Oeting. *de Jur. Limit. Lib. 2. Cap. 1. in verbis:* Alſo und zum Eilfften verſchlüſſen ſich von Natur die Grentzen allerdinges / daß ſolche offtmahls durch Länge der Zeit gar verlohren werden / daß man nicht allein an den Loch-Bäumen / ſondern auch an denen Steinen kein richtig Unterziel finden kan. Lapides enim vitam, ſenectutem ac mortem patiuntur, eosque parere ex Theophraſto & Mutiano refert Plinius *Lib. 3. Hiſtor. Natur. Cap.* 18. Et Cardan. *Subtilit. Lib. 7.* ſcribit: *Quod Magnes ſenio confectus non attrahat ferrum.*

*Ut Seniô.*

Bellorum etiam calamitatibus Lapides Terminales penitus everti, & Limites facilè corrumpi poſſe, ita ut confinia amplius diſcerni, aut inhabitantes ſua rectè ab alienis dignoſcere nequeant, in aprico eſt, extant enim de hoc luculentiſſima apud Autores teſtimonia, & teſtantur non ſolùm antiquorum Regnorum Romanorum rudera, ſed ejus etiam rei moderna exempla ob oculos verſantur. vid. Oeting. *c. l. in verb.* Zum Siebenden begeben ſich in Krieges-Läufften gäntzliche Zerſtörungen und Umkehrungen derer Marck-Steine / daß die Anwand nicht mehr zu unterſcheiden.

*Tempore Belli.*

Prætereà per hiatus terræ quandoque operiuntur Lapides, & ita obruuntur terrâ, ut effodiendo amplius inveniri non poſſint.

*Terræ motu.*

Imò per aquarum inundationes & eluviones è terrâ eruuntur, ac abripiuntur fluminis impetu.

*Fluminis irruptione.*

Interdum in cultura agrorum ex negligentia circumarari & de loco ejici ſolent.

*Aratione.*

Aliquando etiam violenter & ex propoſito evertuntur;

*Everſione.*

Vel non tàm mutandi cauſa, quàm in alium ſui uſum à quibusdam auferuntur. Conf. laudat. Oetinger. *d. l.* Myler. ab Ehrenb. *in Metrolog. Cap. 14. §. 9.* Tholoſan. *in Syntagm. Iur. Civ. Lib. 39. Cap. 13. n. 11.*

*Motione.*

*Theſ. LVI.*

Quamvis autem Lapides Terminales vel alia ſigna externa ablata ſint, exinde tamen non præſumitur Terminorum

*Terminorum mutatio*

*non præſumitur.* rum mutatio, ſed ubi olim fuerunt, ibi etiam adhuc hodie eſſe cenſentur, Alciat. *Reg. 2. Præſumt.* 13. Felin. *ad C.* 13. *n.* 12. *X. de Probat.* Hieron. de Monte *Cap.* 15. *n.* 5. *& Cap.* 21. *num.* 4. Menoch. *Lib. 6. Præſumt.* 43. Maſcard. *de Probat. Concl.* 393. *n.* 8. & *Concluſ.* 403. *n.* 7. Hinc finibus antiquis tamdiu inhærendum eſt, donec petitor ſucceſſionum varietate aut poſſeſſorum arbitrio, detractione vel additione agrorum novos poſitos eſſe doceat. *L.* 11. *ff. fin. regund. L.* 1. *&* 2. *C. eod.* Meier. *in Colleg. Argent. ad d. t. n.* 36. Brunnem. *ad C. eod. n.* 9.

*Iisq; tamdiu inhærendum, donec legitimo modo novi poſiti probentur.*

*Theſ. LVII.*

*In dubio Vicinus Terminos moviſſe creditur.*

At ſi Lapides Terminales noviter moti ſint, de autore tamen non conſtet, quæritur: *An tunc Vicinus turbator ac motor fuiſſe juſtè præſumatur?* Et reſpondetur Affirmando; Nemo enim plus utilitatis è Terminorum mutatione ſperat, quàm ipſe Vicinus, qui ſummis ſæpè viribus conatur, fines dominii ſui quoquò verſus extendere. Ac proinde diſponit *L.* 12. *§.* 2. *ff. de inſtruct. vel inſtrument. legat. Ut villæ & agri cuſtodiantur, ne vicini aut fructuum aut agri quid occupent.* Ex hoc igitur argumento quidam inferunt, quod damnum datum in agro præſumatur à vicinis illatum, Hippolit. de Marſil. *in Pract. Crim. §. diligenter. n.* 97. Inſuper quotidiana nos edocet experientia, quod per vicinos ex malo propoſito & ad prædia ſua dilatanda Termini mutentur, vel ſaltem dubii & obſcuri reddantur. Oeting. *de Iur. Lim. & fin. reg. Lib.* 2. *Cap.* 1. Quin ipſæ cædes, furta, latrocinia & ſimilia delicta publica in vicinia perpetrata, à vicinis commiſſa exiſtimentur, præſertim ſi non integræ famæ ſint, defendit Menoch. *Arbitrar. Caſ.* 222. *n.* 6. Et huc collimat illud Juvenalis *Satyr.* 16. *n.* 36. *ſq.*

*Convallem ruris aviti*
*Improbus aut campum mihi ſi Vicinus ademit.*

Proinde res omninò inæſtimabilis eſt, ſi pax & amicitia inter vicinos foveatur. Hieron. de Mont. *fin. regund. Cap.* 2. *n.* 7. *ſq.* Eòque non immeritò facilius emtorem inveniunt, & majoris pretii habentur illa bona, quorum accolæ & vicini concordiam amant, & ſortem ſuam æqui bonique faciunt. *L.* 1. *§.* 15.

*ff. ſi*

*ff. ſi quid in fraud. patron. Novell.* 63. *Cap.* 1. Econtra res dicitur minoris valere propter malum vicinum. *L.* 35. §. 8. *ff. de Contrah. emt. ibique Gloſſa.* In quem finem etiam Themiſtocles (referente Plutarcho in Themiſtocle) prædium ſuum venditurus, ſibi bonum vicinum eſſe, ſimul proclamari juſſit. Gail. *Lib.* 2. *Obſerv.* 69. *n.* 21.

*Theſ. LIIX.*

*Contrariis porrò annumeratur conventio finium.*

Ad Contraria quoque referenda Conventio confinium, qua etiam mutantur Lapides Terminales, *L.* 2. *C. fin. reg.* nam vim pacti habet demonſtratio finium à venditore facta, *L.* 1. *C. L.* 12. *ff. fin. reg. ubi Gothofred.* Venditor verò ſi non indicaverit, præſumenda venditio facta juxta fines antiquos, Hieron. de Mont. *de finib. Cap.* 21. *n.* 4. Hic quæritur: *An, ſi fundus ita, quicquid venditoris vel anteceſſoris juris fuit, venditus, nec fines demonſtrati, nec ex ſcriptura appareat, quid ſenſerint partes, venditor fines fundi indicare, & emtori evictionem præſtare debeat?* Et reſpondetur, quod Fines quidem indicare teneatur, ad evictionem autem præſtandam non obligatus ſit venditor, ceu reſponſum eſt à Scabin. Witteberg. Menſ. Jun. 1708. Rationes dubitandi & decidendi, apud Dn. Horn. in Reſponſ. *Claſſ. XI. N* 49. leguntur, hæ ſunt: Wenn nun gleich in denen Kauff-Briefen von ausdrücklicher Verſprechung der Auslieffe-rung eines richtigen Grentz-Zugs nicht enthalten / auch ſolche ſonſt nicht zu erweiſen / dahero der Verkäuffer dazu nicht verbunden ſeyn will; Hierbey auch ferner vorwendet / daß die Güther nach denen bißherigen Grentzen in Pauſch und Bogen verkaufft worden; Dann einige Rechts-Lehrer aus dem *L.* 63. §. *ult. ff. de contrah. emt. vend.* dieſes / daß ein Verkäuffer die Fines anzuzeigen nicht ſchuldig / zu behaupten vermeynen. Hiernechſt an dem / daß ein jeglicher Verkäuffer dasjenige / was er verkaufft / und wovor er das Pretium bekommen / dem Verkäuffer / der natürlichen Billichkeit nach / quoad omnes partes zugewehren / verbunden. *L.* 11. §. 18 *ff. de Act. emt. vend. L.* 1. *pr. L.* 39. §. 2. *ff. L.* 16. *C. de evict.* Frantzk. *ad. d. tit. de evict. n.* 140. *ſqq.* Dennoch aber und dieweil *in* L. 48. *ff. de Act. emt. vend.* deutlich enthalten

*Reſponſ. Scabin. Witteberg.*

halten / daß in dem Fall / ubi fundus ita: Quicquid venditoris vel anteceſſoris Juris fuit, venditus, nec fines demonſtrati, atque ex ſcriptura non apparet, quid ſenſerint partes, der Verkäuffer die fines fundi dem Käuffer anzeigen ſolle / hoc enim, inquit *Scævola d. l.* conſonat bonæ fidei contractui, in quo id præſtandum eſt, quod verbis licet non expreſſum, æquitas tamen poſtulat. *L. 1. ff. de neg. geſt. L. 34. ff. de poſit.* Welches denn auch in denen Fällen ſtatt findet / ubi res per averſionem vendita, nam & tunc eadem bona fides exigit, ut demonſtrentur & notificentur fines à venditore, in quantum eorum notitiam habet. Brunnemann. *ad d. L. 48.* Marta *tom. 4. Dec. tit. Confin. C. 15.* Worwider denn obangezogener *L. 63. §. ult. ff. emt. vend.* gar nicht ſtreitet / indem ſelbiger entweder mit dem Cujacio nicht von denen finibus oder terminis prædiorum, ſondern von denen Confinibus, ſive perſonis vicinorum, vid. Cujac. *ad d. L. 48. tom. 3. op. poſt.* oder mit andern von dem Caſu, ubi jam fines ſufficienter ſunt demonſtrati, Gloſſ. & Gothofr. *ad L. 48.* anzunehmen; Hierüber in denen Kauff-Briefen dieſe Worte zu befinden / daß Verkäuffer zwar die Güther / wie er ſie in ihren / von denen benachtbarten zugeſtandenen Reinen / Grentzen / Steinen oder Mahl-Hauffen / oder anderen Marcken gelegen / an ſich gebracht / auch bißhero erhalten / geruhig gebrauchet / beſeſſen und genutzet / verkaufft / dabey aber die Worte: **Jedoch Pauſch und Bogen / und dem genommenen Augenſchein nach /** angehangen worden / alſo / daß dieſer Kauff / ratione finium, vor nichts anders / als vor einen Kauff per averſionem, quo venditor ita vendendo periculum evictionis à ſe avertit, zu achten / dahero bey ſelbigem dißfalls keine Gewehr geleiſtet werden darff. Frantzk. *ad tit. de peric. & commod. rei vend. n. 22.* Brunnemann. *Diſſert. de vend. fact. ad corp. & menſ. §. 25.* So erſcheinet daraus allenthalben ſo viel / daß zwar Verkäuffer die Grentzen / wie er ſolche bißhero geruhig beſeſſen und gebrauchet / dem Käuffer anzuzeigen ſchuldig / dißfalls aber eine Gewehr zu leiſten nicht verbunden.

*Theſ.*

*Theſ. LIX.*

Quando denique via publica poſſeſſores dividit, vel flumen aut rivus publicus ſeparat, Actioni quoque finium regundorum repugnatur, & redditur inutile iſtud Judicium. *L. 4. §. 11. L. 5. L. 6. ff. fin. reg.* Et quidem potiſſimum ex eô, quod cum Publico tunc habeatur confinium, fluminum autem ac viarum publicarum uſus communis ſit, & privatorum dominio eximatur. *L. 2. §. 2. ff. ne quid in loc. publ.* Cœpolla *de S. R. P. Cap. 3. n. 6.* Secus tamen, ubi rivus privatus interfluit, ibi namque nihil prohibet, quo minus hæc Actio intentetur. *d. L. 6. ff. fin. regund.* cum pars fundi ſit inſtar reliquorum Limitum. Hieron. de Monte, *Cap. 37. n. 3.*

*Actioni fin. reg. quoque contrarium eſt, ſi via publica aut rivus poſſeſſiones intercedat.*

*Theſ. LX.*

Ad impediendam verò turbationem & confuſionem, Legum ſanctionibus in Terminorum motores diverſimodè graves pœnæ conſtitutæ reperiuntur. Ex Jure Divino notum eſt, quam horrendam maledictionem Deus Juſtiſſimus motoribus Terminorum Finalium impoſuerit *Deut. Cap. 19. v. 14.* ubi præcepit: *Ne aſſumes & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in poſſeſſione tua, quam Dominus tuus dabit tibi in terra, quam acceperis poſſidendam.* Et iterum ſub graviſſima maledictionis pœna prohibuit, ne quis terminos vicini quocunque modô evelleret aut coarctaret, *Deuter. Cap. 27. v. 17.* Rex quoque Salomon dicit *Proverb. Cap. 22. v. 28. & Cap. 23. v. 10. Ne transgrediaris aut transferas terminos antiquos, quos poſuerunt Patres tui.* Et licet Deus præter maledictionem nullam aliam pœnam politicam dictaverit; Eam tamen arbitrio Judicis, tanquam Legum Poſitivarum cuſtodi, definiendam, & pro circumſtantiarum ratione vel exaſperandam vel minuendam reliquit. Wilhelm. Zepper. *de Leg. Moſaic. Lib. 1. Cap. 11. fol. 99.* Quam pœnam Jure Canonico ſubierint Terminorum Motores, de hoc informat nos Epiſtola Gregorii Pontif. ad Epiſcopum Januarium data *in Can. Tanta nequitiæ. 24. Diſt. 86.* ubi ille *Tanta*, inquit, *nequitia ad aures meas de tua ſenectute pervenit, ut eam, niſi adhuc humanitus penſaremus, fixa jam maledictione feriremus,*

*De Pœna in Terminorũ motores.*

*Jure Divino.*

*Jure Canonico.*

*mus. Dictum quippe mihi eſt, quod Dominico die, priusquam Miſſarum ſolennia celebrares, ad exarandam meſſem latoris præſentium perrexiſti, & poſt exarationem ejus Miſſarum ſolennia celebraſti. Poſt Miſſarum etiam ſolennia terminos poſſeſſionis illius eradicare minimè timuiſti. Quod factum quæ pœna debeat inſequi, omnes, qui audiunt, ſciunt. Dubii autem de tanta hac perverſitate fueramus, ſed filius noſter Cyriacus Abbas à nobis requiſitus, dum eſſet Caralis, ita ſe cognoviſſe perhibuit. Et quia adhuc canis tuis parcimus, hortamur, ut aliquando reſipiſcas miſer ſenex, atque à tanta te levitate morum & operum perverſitate compeſcas. Quantò morti vicinior efficeris, tantò fieri ſolicitior atque timidior debes. Et quidem pœnæ ſententia in te fuerat jaculanda; Sed quia ſimplicitatem tuam cum ſenectute novimus, interim tacemus. Eos verò, quorum conſilio hæc egiſti, in duobus menſibus excommunicatos eſſe decernimus.* Unde liquet, hanc pœnam regulariter fuiſſe Excommunicationem majorem. *j. Can. In legibus. 10. XII. qu. 1.* Hieron. de Monte *de fin. regund. Cap.* 34. *n.* 7.

*Theſ. LXI.*

*Jure Civili.* Termini Motio Jure Civili annumerabatur Criminibus Extraordinariis, & cum dolo malô facta eſſet, puniebatur variè, pro varietate nimirum imperantium, conditione admittentium & diverſitate temporum. Sic enim Div. Hadrianus *L.* 2. *ff. de term. mot.* reſcripſit: *Quin peſſimum factum ſit, eorum, qui Terminos finium cauſâ poſitos propulerunt, dubitari non poteſt. De pœna tamen modus ex conditione perſonæ & mente facientis magis ſtatui poteſt. Nam ſi ſplendidiores perſonæ ſunt, quæ convincuntur, non dubiè occupandorum alienorum finium cauſâ id admiſerunt; Et poſſunt in tempus, ut cujusque patiatur ætas, relegari, i. e. ſi junior, in longius, ſi ſenior, recíſius. Si verò alii negotium geſſerunt, caſtigari, & ad opus biennio dari. Quodſi per ignorantiam aut fortuitò Lapides furati ſint, ſufficiet eos verberibus decidere.* Hinc licet culpa ſaltem adhibita ſit, nihilominus Jure Civili arbitraria pœna obtinebat, *d. L.* 2. conf. Hieron. de Monte *c. l.* Meier. *Colleg. Argent. tit. de term. mot. n.* 8. Oetinger. *lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 4. *ſq.* Et temeritas quoque Actoris, ut ſupra monitum, coërcetur,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-665000-p0060-5

cetur, quoties hic pendente lite rem petitam proprio auſu occupat, idquod ita puniendum judicavit Imperator Conſtantinus *L. 4. C. fin. regund.* ut tantùm agri modum, quantum adimere tentavit, amittat, ſeu, ut habet interpretatio Cod. Theodoſ., tantùm ſpatii reſtituat, quantum præſumſit invadere. Add. *L. f. ff. de term. mot.* qua ii, qui Terminos ſtatutos extra ſuum finem dolô malô moverunt, à quovis ex populo ad 50 aureos pro terminis ſingulis fiſco ſeu publico inferendos conveniuntur. De caſu, in quo agi nequeat de Termino moto, niſi civiliter, tractat Faber. *lib. 9. Cod. tit. 18. Defin. 2.*

*Theſ. LXII.*

Pari modo & Glorioſiſſimus Imperator Carolus V., in Ordinatione ſuâ Criminali, doloſam hanc Terminorum motionem lenius graviusve, pro modo admiſſi, etiam pœna corporis afflictiva, maximè cum Termini ſint Territorii, puniri juſſit. Verba *Art. 114.* hæc ſunt: Welcher bößlicher und gefährlicher Weiſe eine Untermarckung / Reinung / Mahl- oder Marck-Stein verrückt / abhauet / abthut oder verändert / der ſoll darum peinlich am Leibe / nach Gefährlichkeit / Grösse / Geſtalt und Gelegenheit der Sachen und Perſonen / nach Rath geſtraffet werden. add. Matth. Stephan. ad hanc Conſt. ubi inquit: Quod is, qui dolo malo Terminalem Lapidem loco moverit, effoderit, transpoſuerit, etiam pro atrocitate criminis, præſertim cum publicos amoverit Terminos, capitali ſupplicio affici poſſit. j. Vivius *lib. 1. Comm. opin. in verb. Terminos.* Vigel. *Cap. 10. reg. 13.* & Remus *ad banc Conſtit. crim.* Jure autem Saxonico Terminorum Motor parti læſæ 30. ſolidos, ut emendam, præſtare, Terminosque ſuis ſumtibus reſtituere tenetur, per text. L. R. *lib. 2. art. 28. verſ.* Fiſchet er aber in Teichen / die gegraben ſind / oder hauet er Holtz ab / das geſetzt iſt / oder tragende Bäume / oder bricht er einem ſein Obſt ab / oder hauet er Mahl-Bäume ab / oder gräbet Steine aus / die zu Marck-Steinen geſatzt ſind / er muß dreyßig Schilling zur Buſſe geben. *Et Gloſſa ibid. lit. C.* Præterea Judici mulcta 60. ſolidorum ſolvitur,

*Conſtitution. Imper.*

*Jure Saxonico.*

vitur, Carpz. *P. 4. C. 37. d. 10.* Schilt. *ad ff. Exerc. 49. §. 52.* Aſſerit tamen & idem Carpzovius, leviorem hanc pœnam iis tantummodò imponi, qui ignoranter Lapides aut Terminos amoverint, doloſos autem ac temerarios violatores pœnâ arbitrariâ, carceris, pecuniariâ vel relegatione coërceri, *d. l. & Pr. Cr. qu. 83. n. 71. ſqq.* add. Ordin. Provinc. Gothan. *Part. 2. c. 3. tit. 25. ibi:* Für jede Furche einen Gülden/ halb den Gerichten/ und halb dem Nachbar/ welcher den Schaden erlitten. Interim vicinis propriâ authoritate, & inſciô Magiſtratu agros ſuos diſtinguere, & communi reliquorum vicinorum conſenſu Lapides Terminales figere ac refigere, absque ullâ coërcitione permittitur, teſte eod. Carpz. *P. 2. C. 41. d. 17. j. L. 11. ff. fin. regund. L. 2. C. eod.*

*Theſ. LXIII.*

*Quâ pœna is afficiatur, qui falſorum Lapidum poſitione Fines turbat.*

Sed quæritur: *An is etiam, qui veteres Lapides non quidem amovet, ſed vicinis inſciis novos falſos ponit, pœnâ jam dictâ affici queat?* Et videri poſſet, quod itidem pœnam motionis Termini ſubeat, *a. L. 3. §. 2. ff. de Term. mot.* ubi de eô dicitur, qui faciem locorum convertit, idquod ex hac falſorum Lapidum poſitione non minus evenit. Verùm re paulò accuratiùs perpenſâ, cernimus, eum potius in crimen falſi incidere, & pœnam falſi luere debere; Tales enim Lapides pro ſignis adulterinis habentur, quæ pœna Legis Corneliæ de falſis coërceri ſolent, *L. 30. pr. ff. ad Leg. Cornel. de falſ. L. 16. §. 2. eod.* in verbis: *Vel, ut verum non appareat, quid ſubjecerunt.* Sicut & Numa Pompilius ejusmodi falſarios, qui videlicet falſos Terminos ponunt, tanquam ſacrilegos coërceri voluit. Halicarn. *Roman. Antiqu. lib. 2. in Numa, fol. 72.* Hinc & Terminus falſus nullam tribuit poſſeſſionem. Myler. ab Ehrenbach. *in Metrolog. cap. 15. §. 14. n. 2.*

*Theſ. LXIV.*

*Quis de homicidio in medio duorum confini-*

Tandem adhuc placuit Coronidis loco illam à Dn. Carpz. *in Pr. Cr. qu. 110. n. 25. ſqq.* aliisque Doctoribus in variam partem jam diſputatam quæſtionem: *Ad quem nimirum cauſæ cognitio ſpectet, ſi cædes in ipſo confinio perpetrata ſit, ita ut non conſtet, in*

*cujus territorio ea ſit commiſſa?* hic brevibus ventilare; Super *um commiſ-*
hâc enim Dd. in diverſas trahi ſententias, haud ignotum eſt. *ſo cognoſcat.*
Quidam tribuunt cognitionem pepetrati criminis ei, in cujus ditionem caput, tanquam principale membrum, porrigit, aut à trunco avulſum projectum eſt, fundamentum ſuum in *L.44. ff. de Relig. & ſumt funer.* ponentes, vid. Zanger. *de Except. P. 2. C. 1. n.* 238. Alii pro eô loquuntur, in cujus territorio cor, ſeu pars corporis, quæ cor continet, deprehenditur, ſubtiliori huic aſſerto nitentes, quod cor ſit primum vivens ac ultimum moriens, cui tamen opinioni hodierni Anatomici vix amplius adſtipulantur. Multi iſtius loci Domino cognitionem concedunt, in quo homicida ſteterit, vel ubi occiſi pedes proſtrati fuerint. Sed cum hæc omnia tanquam incerta, fragilia & fallibilia non probentur, rectiſſimè illi agunt, qui in dubio utrique Dominorum Jurisdictionem tribuunt, quam ſententiam affirmat Caſpar. Leipold. *de Concurrentia Jurisdict. apud Arumæ. tom. 1. quæſt. 14.* Farinac. *lib. 1. tit. 1. quæſt. 7. n. 51.* Schneidewin. *ad I. lib. 4. tit. 6. §. quædam Actiones.* 20. *n. 11.* Bacchov. *ad Treutler. Vol. 1. Diſp. 19. th. 4. lit. A.* Berlich. *P. 2 Deciſ. 61.* Et ita pronunciatum eſſe meminit Dn. Carpz. *Pr. Cr. qu. 110. n. 38.* in verbis: Iſt unlängſt an dem Orte/ da eure Gerichten mit des Benachtbarten von Adel Bothmäßigkeit grentzen/ eine Mord-That begangen/ und der entleibete Cörper gleich auf der Grentzen funden worden/ alſo daß man nicht wiſſen kan/ in welchen Gerichten ſolche Mord-That eigendlich verübet und vollbracht worden. Da man nun ſolches aus denen Umſtänden nicht muthmaſſen und ſpühren könnte/ derowegen denn vor allen Dingen Erkundigung eingenommen wird. So möchte die Aufhebung des todten Cörpers und Beſtraffung der Ubelthat von euch und eurem Nachtbar/ als denen Gerichts-Herren/ zugleich geſchehen. V. R. W.

*Theſ. LXV.*

Et hæc fuerunt, quæ de Lapidibus Terminalibus in medium proferre pro temporis ratione mihi licuit, & quæ, non quidem ad integrum Tractatum abſolvendum, ſed Diſſerta- *Epilogus.*

 tiun-

tiunculam tantummodò conſcribendam ſufficere exiſtimavi. Quodſi verò non omnia ſatis exhauſerim, ac præter opinionem aliquid neceſſariò huc pertinens omiſſum reperiatur, Benevolum Lectorem pro Candore ſuo id æqui bonique conſulturum eſſe ſpero ac confido. Interim DEUM O. M. pro eâ, qua mihi adſtitit gratiâ, devoto pectore venerans,

*CUI SEMPITERNA GLORIA!*

CORRIGENDA.

Pag. 7. lin. 15. pro rationem, lege *notionem*, p. 11. lin. 32. pro Gil., lege *Gvil. Grot.* p. 13. lin. 8. pro facit, lege *faciat.* p. 20. lin. 14. *ponatur Comma poſt voc. ſint.*

NOn Te pœniteat tantùm ſudâſſe, labores
Inter Juridicos debilitâſſe caput;
Nam poſt exhauſtos cingit tua tempora Laurus,
Ornant Martini præmia digna caput.

*Ita applaudit*

PRO-RECTOR.

---

*DEpromis varias leges de Finibus agri,*
*Finis is eſt ſcripti principiumque Tui.*
*Jura ſolum ſignare doces, & Limite campum*
*Partiri. Scriptis perge placere Tuis.*

Hiſce applaudens
Clariſſimo Dn. Dd. cuncta fauſtè eveniant,
animitus precatur

JOH. HENRICUS Meier/ JCtus,
Elector. Regim. Conſil. Provinc. Judic.
Aſſeſſ. & Jurid. Facult. Sen. nec non
Decret. Prof. Publ.

)( Adjun-

ADjungunt reliquis Votis mea pectora Votum:
Te DEUS optatâ proſperitate beet!
Annuat his cœptis Ter Maximus Almus Jova,
Et faveat ſtudiis docta Minerva Tuis!

*Ita gratulatur Nobiliſſimo & Clariſſimo*
*Dn. Dd.* LOBECCIO
ERNESTUS TENZEL, J.U.D.
Judic. Elect. Mogunt. & Facult. Jurid.
Aſſeſſ. Conſul ac Synd. Civ. Primar.

---

*CUm novus Aſtrææ Myſtes accedis ad arcam,*
*Et capis auguſtâ ſacra petita manu:*
*Quid prius admirer? Studium, longumque laborem?*
*An magis Ingenii flumina larga Tui?*
*An mentis potius candorem, animumq; tenacem*
*Recti, & virtutis nobilis acre jubar?*
*Quicquid id eſt, quod ego capiam prius: Omnibus æquè*
*Redditur, Aſtrææ Judice, dignus honos.*

Ita Nobiliſſimo & Doctiſſ. Dn. Neo-Doctori
aggratulari voluit
HUGO FRANCISC. HUNOLD, J.U.D.
Reg. Elect. hic Erffurti Conſil., Judic. Eccl. nec non
Secul. Provinc. & Fac. Jur. Aſſeſſ. Urbis Conſul.

CLARIS-

CLARISSIMO

# DOMINO CANDIDATO

*De Limitibus inauguraliter differenti,*

OPPONENS:

NOn Tibi Limes erat ſtudii, CLARISSIME LOBECK,
Limitis hinc doctè jura tenenda doces.
Ut Tibi non laudis finis ſit, non ſit honoris,
Limitis aſt expers, corde manuque precor!

ERHARD. CHRISTIANUS LOEBER, J. U. D.
Conſiliar. Schwartzb. Arnſtad., Profeſſ. Jur. Extraord. nec non Illuſtr. Regim. & Judic. Elect. Mogunt. ac Præfectur. Advocat. ordinar.

---

Q*Vàm bene* Finales Lapides *tractentur in agro,*
Illos *quive favor conſtabilire queat,*

 MI

*MI FRATER monſtras ſatiùs per Lemmata docta,*
*Queîs pandis dotes non ſine laude Tuas.*
Defunctique Patris *pia ſic veſtigia calcas,*
*Nomen ut à ſerâ poſteritate trahas.*
*Sic eris eximiâ* noſtri *virtute* Parentis,
*Et dulcis Patriæ Gloria, Splendor, Honos.*
*Gratulor ex animô, Rector benedicat Olympi,*
*Ac faveant ſtudiis facta benigna Tuis!*
*En ſic, quem ſperas, eventus cœpta ſequetur,*
*Sic Decus accreſcet Nominis inde Tibi.*

Nobiliſſimo Dn. Neo-Doctori, Fratri ſuo Conſanguineo perdilecto, in ſignum ſinceri affectus hæc pauca adponere voluit

D. JOHANN ELIAS LOBECK,
Viſenenſ. Reipubl. Patr. Conſul.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-665000-p0069-9

DO A 6356

ULB Halle 3
002 927 241

V017 Rel.o √

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-665000-p0073-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-665000-p0074-3

21

…IDICA INAUGURALIS,

DE

# …APIDUM …NALIUM,

Vom

…z- und Mahl-Steine/

…QVAM

…DEO TRIUNO,

…GNIFICENTISSIMO,

…ILLUSTRISSIMO DOMINO,

…MINO

…WILHELMO,

…DE BOINEBURG,

…CATHOLICÆ MAJESTATIS CONSILIARIO
…TANARUM ECCLESIARUM, MOGUN-
…O CAPITULARI SENIORE, ET RESPECTIVE
…NENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MO-
…O, AC CIVITATIS TERRITORIIQVE
…IS PRO-PRINCIPE,

…RE MAGNIFICO,

…PHILIPPO Streit/

U. D.

…CONSILIARIO, ET FACULT. JURIDICÆ
…DECANO,

…TI JCTORUM ORDINIS,

…ERANTIQVA HIERANA,

…DIS IN UTROQVE JURE

…DOCTORALIBUS,

…DITORUM EXAMINI

…M DCC XVI. H. L. Q. C.

…MITTIT

…TIN LOBECK,

…T. ADVOCAT. DRESDENSIS,

…UTHOR.

…RICI GROSCHII, ACAD. TYPOGR.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-665000-p0075-8